litatem est in dilatione periculum, ut in prin. gloss
erg. sup. ul. lit. nō conte. qm. §. 1. & C. eo. l. 2. ¶ *In e. glo.
in fi.*] si. quod habes, supra de pigno. illo uos. ¶ *In glo
ulti. in fi.*] de hoc, supra de testi. series, & hic per Goff.

ANNOTATIONES.

a ¶ De re. iu. Vide ad materiam gl. Bar. Bal. & Sali. in l. 2. C. de cō-
di. insti. & per Bar. in l. iure, ff. eo. ti. & in l. interdum, ff. de condi.
& demon.

b ¶ Abb. Host. Secus in uoto simplici: & solenni secus: quia secū-
dum solenne seruatur, uide infra qui cle. uel uo. rursus, per Io.
An. & in c. debitores, de iureiur.

c ¶ Non solum. de materia istius glo. uide tex. in l. eum qui ita. §.
qui ita, & ibi per Bar. ff. de uerb. obli. & uide bo. tex. in l. si man-
dato Titij. §. Paulus respondet. dic quod in §. ille illi, ff. manda.
& in l. obligationum fere. §. 1. ff. de actio. & obliga.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere possunt, etiam mutus, & surdus, non fu
riosi, nu. 6. & 13.*
Ioannes And. hanc primùm didicit decretalem.
2 *De mutis qui uocales euasere miraculosè, unde dicantur, nume. 4.
testari non possunt, ibid. de quo intelligatur hic, ibid. nu. 13. &
14. & 23.*
Quæ eis omissa, quæ prohibita, nu. 12. & 13. & sequentibus.
3 *Apud Romanam sedem consistit principatus, & magistratus ec-
clesiasticæ disciplinæ.*
Eius iudicium in dubijs requirendum.
4 *Et, pro uel.*
5 *Surdus, unde detinetur, quæ prohibita, quæ non, nu. 12. & sequen
tibus, de quo hic intelligatur, ibid. nu. 14. & 23. quidam intel
telligunt per signa, num. 14.*
Mas, & fœmina ad imparia non iudicantur.
6 *De potentia multiplici ubi scribatur.*
Copula carnalis communis omnibus animantibus.
7 *Matrimonium non per consensum perpetuæ cohabitationis ad car
nalem copulam, nisi in casu.*
Cum, particula redditiua causæ hic.
8 *Edictum propriè cuius sit, & quoddam permissorium quoddam
contra, & quod, num. 12.*
Verba quando necessaria in matrimonio, nu. 10.
9 *Fœmininum comprehenditur sub masculino.*
10 *Nutu, & signis quæ operemur.*
11 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 12. & 13.*
15 *Cæcus surdus, & mutus a natiuitate an contrahere possit matri-
monium.*
*Verba in quibus sacramentis necessaria, nu. 16. 17. 18. 19. 20
21. & 22.*
19 *Peccata sua conficenti quando liceat scribere.*
21 *Maledicere surdo ut intelligatur.*

CAPVT XXIII.

1 CVm apud. C. Mutus † & surdus, & oēs, qui non prohibē-
tur, mſmoniū ɔ̄here possunt. & sunt duę
partes. in prima decisum exordium. in se
Io. And. super 4. Decre.

gunda consultario ibi . sanè. in tertia responsio ibi,
Ad quod, quæ tria facit . primò ponit duas rationes,
secundo respon. ibi Videtur. tertiò soluit obstaculū,
ibi, cum quod. decr. autem ista fuit prima , quam di-
dici, hanc enim ante studii principium me docuit re
petitor, cum quo nōdum ætatis meę completo de-
cennio à patre fueram collocatus, quare ipsam per
2 commentum honorare dispono . & quia † de mul-
tis locuturi sumus, sciendum est , quòd duo mirāda
ponit Valerius de duobus mutis, quos indignata na
tura fecit vocales, primum li. 1. c. de miraculis sic ia-
cet. Aegles Athleta mutus, cum ei victoriæ , quam
adeptus erat, titulus & præmium eriperetur , indi-
gnatione accensus, uocalis euasit. lib. autem , &. c. de
pietate erga parentes ponit, quòd filius Cresi mutus
uidens Persam paratum ad occisionem patris cla-
mauit , ne Cresum regem occideret. propter quam
vocem ille mucronē reuocauit . concludit ibi pul-
chrè Valerius, quòd quisq; ad tempus mutus sibi ui
xerat, saluti parentis uocalis factus est. prouer. 10. in
fi. sapientia aperuit os mutorum, & Matt. 7. in fi. Sur-
dos fecit audire, & mutos loqui. ad idem. 2. q. 7. secu-
ti, quod habetur Numeri. 22. &. 2. Petri. 2. ubi locu-
tum est subiugale mutum [*Et infra*] hoc deciditur,
3 quòd † apud sedem ipsam consistit principatus , &
magisttatus ecclesiasticæ disciplinæ; unde in dubiis
est ipsius iudicium requirendum , cui concor. infra
qui fi. sint le. per uenerabilem , circa fi. [*Mutus*] dici-
4 tur a † mugitu, quia vox eius non est sermo, sed mu-
gitus [*Et*] secundum Gof. & Ioā. ponitur pro, uel, in-
quantum intelligunt hoc de illo, qui laborat altero
morbo tantum , sicut dicunt Petr. & Egi. uerius est,
quòd loquitur de illo, qui laborat utroq; morbo, &
uera littera hæc est, possit, ut patet ex responsione, &
ex antiqua. de isto uerò dubitabatur , quia regulari-
ter testari non potest, quod dic vt. C. qui testa. fa. pos.
5 l. discretis, & dicam infra q. 9 [*Surdus*] secundum † de-
riuatores dicitur a sordibus humorum opilantium
aures. & licet hoc de mari loquatur , idem in fœmi-
na, cum non ad imparia indicentur, infra de diuort.
gaudemus, uersicu. ergo, & facit , quod dicam super
uersicu. quarum. & apertè in hac materia hoc dicit
6 præ. lex, discretis [*Possit*] de potentia iur. quare † & de
multiplici potentia nota. supra de rescript. sciscitatus
[*Matrimonialiter*] de copula. n. carnali non dubitaba-
tur, quæ iure naturali, quòd a sensualitate procedit,
communis est omnibus animantibus , uam etiā ra-
tione carentia coeunt, & generant. t. di. ius naturale,
& ca. ius gentium. ff. de insti. & iur. l. 1. §. ius naturale,
Itē & furiosi. ff. ad Treb. hæredibus. §. 1. C. de impu.
& aliis sub. l. humanitatis. qui tamen matrimonium
non contrahunt, infra c. prox. sic & dubitabatur de
sensitiua in cle, de sum. tri. fidei. §. porrò , ubi satis de
7 hoc, & vt dicebant hic Ioā. & Phi. per † consensum
perpetuæ cohabitationis ad carnalem copulam in-
uicem puer duos factum non est inter eos matrimo
nium, nisi hoc esset actum. 27. q. 2. sufficiat , & sic lo-
quitur de spon. du. c. 1 [*Cum*] redditiuum causæ, uide,
quod dixi, de commo. c. uno, in prin. [*Prohibitorium*]
certarum personarum. vt statim subdit : aliàs potius
uideretur permissorium. de hoc, ff. de procu. mutus.
§. 1. [*Edictum*] 2 dist. constitutio, uidetur innui , quod
8 † edictū propriè regis, uel imperatoris, ad quod Da-
niel. 6. Darius rex proposuit edictum , & Lucæ. 7. A.
Exiit edictum à Cæsare Augusto , ut describeretur
vniuersus orbis: sed dic, ut no. in præ. c. constitutio,
quod exponit, quod prædixerat [*Solus*] non excludit
uerba, quæ sunt necessaria in his , qui loqui possunt
infra c. tuæ , sed excludit solemnitates, supra , ca. t. &
consensum duorum. j. de coniu. ser. c. 1, & parentū, li-

cet contrarium uideatur fm leges super quo uide &
solue, ut no. 27. q. 2. sufficiat [*Quamuis*] superfluit, cō-
9 prehendebatur enim † fœmininum sub masculino,
ff. de uer. sign. l. 1. sed sic est ēt in c. sufficiat [*Videtur*] ui-
de quod dixi, de ap. prætetea. 2. super eodem uerbo
[*Quid si talis*] mutus, & surdus [*Cōtrahere*] matrimoniū
de quo quærebatur [*Non possit*] per id. quod no. in pri
ma regula, de reg. iur. li. 6, in glo. 2. littera sequens su-
perfluere uidetur, nisi dicas, non possit de iure [*uel de
beat*] de facto [*cum*] soluit obstaculum, ut in prin. dixi.
10 ac si dicat, non obstat, ꝙ apud ecclesiam † necessaria
sunt uerba, quia in istis, qui loqui non possunt, signa
& nutus succedunt loco uerborum. sic Intelligit gl.
1. c. 2. uel aliter secundum Host. non ob. si dicas, ꝙ de
istorum matrimonio non poterit constare per uer-
ba, quia ecclesię sufficiunt uerba, uel signa exprimē-
tia consensum de præsenti , & surdus uerbis & signis
uti potest, & mutus [*Quod non potest uerbis*] Quod. s. ma
trimonialem consensum. Non potest declarare, qđ
sequitur, signis, nutu contrahimus, ut hic, legamus.
ff. de leg. 3. l. nutu. reconciliari , & baptizari petimus.
26. quæst. 6. qui recedunt, &. c. se. fm Gof. [*Valeat*] di-
cit Inno. speciale in matrimonio , qđ nutu contrahi
possit p p periculū, qđ esset, si contrahi nō posset. si.
11 quod dixi. j. ti. 1. c. 3. super gl. 2. in fi. ¶ Principiū † pri-
mæ gl. respondet per q. 2. glo. quærit de dubitationis
causa, quam assignat, illam fortificans, cui respōdet.
¶ Secunda gl. edicti prohibitorii per duas leges dat
duo similia. demum dat unum dissimile. ¶ Vlt. gl. ar
12 guit, allegat duo iura in ɔ̄riū, & remittit. ¶ *In † glo. 1. ibi
propter casum*] sequitur, surdus, qui prorsus non audit,
postulare prohibetur [*& ibi, mutus*] sequitur , surdus,
cæcus dotis nomine obligantur, quia nuptias cōtra-
here possunt. ¶ *In gl. 2. ibi mutus. §. 1.*] ibi loquitur de
edicto procuratorum , quo quilibet nō prohibitus
admittitur [*& ibi l. 1.*] loquitur de edicto testiū , quo-
modo etiam admittitur quilibet non prohibitus [*&
ibi. §. hoc interdictum*] sequitur, prohibitorium est, ne qs
prohibeat uoluntatem suam facere cū , qui satisde-
dit. ¶ *In gl. ult. ibi. l.* 3. uide de religi. do. c. fi. in prima gl.
13 ¶ *In pri. gl. ibi, postulare*] & testari C. qui testa. fa. pos. l. di
scretis. §. si autem. & eodem modo intelligas de mu
to, qui prorsus non loquitur, non de illo, qui tardè
loquitur, Inst. qui testa. fa. possunt. §. item muti. Gof.
nec enim nocet uerborum fractio, de cons. dist. 4. te
tulerunt. Hosti. [*& ibi, possunt*] hic patet, quod dixi in
textu, gl. intellexisse de illo , qui laborat altero mor-
bo tantum [*& ibi. l. mutus*] &. ff. de uul. & pu. l. ex facto
[*& ibi, detrahe*] in baptismo loquitur , ut infra dicā in
tertia quæstio. ¶ *In gl. 2. ibi, probibitorium*] in interdictis
Ho. ¶ *In glo. ult. in fi.*] In glo. argu. quod non est. Venio
14 ad recitanda, & primo declaratum † est de quali sur
do, & quali muto intelligatur tex. in prin. 1. glo. & su-
per ea. Secunda eius pars quærit de dubitationis cau
sa, quam licet reddat sufficientem quò ad mutum,
non tamen quò ad surdum, de quo certū est , quod
potest exprimere uerba , quæ ergo dubitatio fuit in
illo? So. puto, quòd gl. de utroq; respondit , cū enim
dicebat, quod non poterat exprimi per uerba, intel-
ligo recipienda in aures surdi. unde dicebat hic Ho-
stien. surdo deficit auditus ita, quòd audire non po-
test, an mulier in ipsum cōsentiat: sed poterit cogno
scere per sign. & dicit se uidisse surdum, qui perfectè
intelligebat uidens moueri labia . Et ego idem uidi
in quodam , qui uocabatur Ruchus familiaris uiri
nobilis Hugo. de Filizone de Vbaldinis. Lex ēt discre
tis, qui testamentum facere pūt. C. dicit surdū auditu
rū, si qs supra cerebrū illius loquaẽ fortiter. ¶ Secū-
15 do quæro † certū est, ꝙ siquis laborat duplici morbo
quia mutus est, & surdus , quod contrahit , de quo
in-

telligit capitulum, ut dixi in textu. sed quid de cæco, surdo & muto à natiuitate sua, uidet, quod nō possit matrimoniū c̄ōhere, cū illud non intelligat, ex quo nunquam uidit, nec audiuit matrimonium cōtrahi, nec vxorem teneri. In eo autem, qui non intelligit, nec scit, quid sit, consentire non potest. arg. supra de con trahen. emp. in lege, & 29. q. 1. §. 1. ¶ In contrariū talis potest mulierem cognoscere & naturali utitur ratione, licet illam nō possit exprimere, quid enim si carnis stimulis excitatus ostendit signa turpia, & nō exprimenda, per quæ pater euidenter, quod mulierem quærit? Videtur ei condescendum, ne peius faciat, argu. Insti. de iure natu. 1. respon. nam, & talem baptizatum, dunmodo ratione nō abutatur, saluari dicemus, sicut paruulum, ad hoc de con secr di 4. illud perscrutari, infra de diuor. quanto. §. pe. Hosti. cuius sunt hæc uerba, dixit, quod si per aliqua signa potest de consensu matrimoniali patere, ipsum admitteret, ut hic: aliàs ipsum cōparat furioso, uel animali sensuali. i. discretione carenti. ff. si qua. pauperi. l. 1. uel secundū eū consulatur princeps, ut fuit hic factum, arg. de transl. c. 1. ¶ Vidimus de sacramēto matrimonij, sed sunt alia, 6. de quibus plenè dixi de sacra. non ite. sup Resp. de illis ergo uideamus, & primò de baptismo

16 & confirmatione. ¶ Quæro † ergo tertiò de muto, & surdo, an conferre, uel recipere possint baptismum, de leuante dicam infra de co. spi. c. 1. li. 6. in gl. non dicit. Solu. conferre potest surdus, mutus autem non: quia in illo necessarium est uerbum, & elementum quorum altero deficiente deficit sacramentum, supra de bap. c. pe. & 1. q. 1. detrahe, quod alle glo. unde no. ibi Io. mutum non baptizare. secus autē in mura stro. hic autem not. Io. & Ph quod etiam si per signa vt faciunt Cistercienses, baptizare uolens exprimeret personas trinitatis, non esset baptismus, in iātum necessaria sunt verba, & est si. supra de elect ecclesia. 2. ubi signum consensus, puta installatio nō sufficit sine uerbo. concor. de elec. nullus, li. 6. de ap. ab eo. e. li. ff. de uer. ob. l. 1. in prin. quæ sic iacet, stipulatio nō potest confici nisi utroq; loquente, & ideo neq; mu tus, neq; surdus stipulationem contrahere possunt. Recipi autē potest baptismus etiā ab illo, qui utroq; morbo laborat, ex quo per signa ipsius cōsensus apparet, ut in textu dixi, super uersic. signis. Per omnia idem dico in confirmatione, ubi etiam uerbum, & liquor chrismatis sunt necessaria, & altero de substātialibus deficiente necesse est utrumq; suppleri, secus in solenniaribus, super quo uide, quod scripsi de sacra. non ite. c. 1. super uersicu. supplendum. & c.

17 si. super uersic. manus. in fin. ¶ Quarto quæro † quid de eucharistia? Respon. quòd a surdo confici potest, sed non à muto. quia necessaria sunt uerba. per quæ fit transubstantiatio, de quibus supra de cele. mis. cū Marthæ. in prin. de conse. dist. 3. quia corpus, & c. panis. & ca. seq. & sine quibus etiam cum toto officio missæ non est sacramentum, eo. rit. de homi. Recipi autem potest per talem, ex quo apparent signa. 26. q. 6. is qui. i. Dico autem, quòd licet confici non possit per mutum, per eum tamen conferri posset confecta per alium. in terminis reseruata est eucharistia ad opus infirmorum, ut fieri debet, de custo. eucha. c. 1. de sen. excom. m. permittimus, infirmus illam postulat, nec est in ecclesia sacerdos, nisi vnus, qui obmutuit, sicut Zacharias Luc. 1. dico, quod per eum portari poterit, & concedi. nullo enim iure cauetur, quod idem esse debeat conficiens, & concedens. & contrarium paret. 93. di. diaconos, & c. diaconi. 4. Itē

18 certū † est, quod uerba, quæ dicunt in receptione, † dñe nō sum dignus & c. ad quę ēt informat tradēs nō ut substantia, sed ex deuotione dicuntur, quod patet, quia non Christi, sed centurionis fuerunt illa uerba, quæ habentur, Matth. 8. post princ. ¶ Quintò quæro

19 † quid de pœnitentia, quod vtrūq; s. cōfessorem, & confitentem unus horum solus morbus impediat, nam si sacerdos est surdus, non audiet: si mutus, nec absolutionis proferet, nec pœnitentia imponet. Idem in pęnitente: quia mutus peccata non exprimet: surdus pœnitentiæ impositionem non audiet: si literatus esset, scribere posset, & sibi pęnitentia describi, facit quod de Zacharia dicitur. Luc. 1. & quod dicam, in qō. 9. sed canon, de pęni. di. 1. quem pęniter, in prin. dicit contra, quod hoc fieri non debet per nuncium, uel scripturam. dici solet illud uerum in absente: pœnitens autem hoc posset: uel illud sine causa, hoc ex causa, & sic loquatur. 30 q. 5. qualis, in fin. quod placet hic Vinc. & uide quod dicam, de pęni. omnis, post prin. super uer. confiteatur, ubi hoc tenet Inno. de surdo, & muto loquendo. Si autem confessio nullo modo ab illo potest haberi, dicit Hosti. pro illo orandum, quod uide, in sum. de pęni §. pen. in uer. pę. certum est etiam, quod reconciliationem talium pęnitentium, quorum contritio apparet per signa, licet obmutuerint, permittūt canones. 26. q 6. is, qui. 1. & 2. & c. qui recedunt. facit, de sen. exc a nobis. 2. Constat autem, quod necessitas plus urget in conficiente, qui nō potest morbum deponere, quàm in confessore, qui potest omitti, & alius adiri, de quo uide, supra de offi. archipresby. c. fi. & quod dicam, de pęni omnis, super glo.

20 quid si. ¶ Sextò quæro † quid de extrema unctione: hæc sæpissimè datur mutis, & surdis, qui scilicet propter mortalem infirmitatem nec loquuntur, nec in

a telligunt. facit, de hæc. filii. lib. 6. de tornea. c. 2. in fi. surditas etiam non impedit dantes, sed obmutescentia sic. debet. n. interuenire unctio, & oratio, quā dicere non potest mutus, patet primum Iaco. ult. & habetur. 100. distin. §. sed istud, de sacra unc. c. uno, post

21 princ. ¶ Septimò quæro † de sacramento ordinis. de collatore dicendum est, ut supra, quòd. s. surdus possit, mutus non ratione sæpius dicta de uolente ordinari. arguo istos non repelli. lex enim uetus, scilicet Leuit. 21. enumerando tales, istos nō exprimit, licet exprimat cęcos, claudos, gibbos & c. ut patet. 49. dist. c. 1. in prin. nec dici potest, quod nō fuerit studiosè omissum, cum ibi paulo ante. c. 19. c. dixerit. non maledices surdo. Malediceret autem uideretur, qui illum à sacramento repelleret. facit. 24. q. 3. §. sed qui. Item in materiis propriis lex canonica non prohibet tales expresse, quod uideri potest. 55. dist. per totum, sup. de cor. uici. surdus de cleri ægro. potest esse ratio: quia isti defectus non sunt sic patentes, sicut de cęcis claudis, & gibbis, & similibus. & ideò meritò lex Leuitici illos expressit, & istos omisit, cū tales deformitates sint notabiles, & inducant scandalū, de cleri. ægrotā. presbyterum. Item cum istis cōcedantur reliqua sacramenta, ut patet, quare istud negari non debet. 92. dist. illud. ¶ Contrarium tenendum est, scilicet tales nō ordinandos. & fatendum est eos prohibitos, per c. primum. 55. dist. quod generaliter prohibet corpore uiciatos, & c. pęnitentes. ea. dist. prohibet passos aliqua membrorum damna. bene facit. 1. q. 1. §. ecce si clericus, in fin. Item tales prohibentur non solum iudicare, ff. de iudi. cum prætor, sed etiā postulare. ff. de postu. l. 1. §. propter casum. patet utrunque. 3. q. 7. §. tria, & §. sequen. ergo fortius ordinari. Item bene facit, decre. ult. de cleri. ægrot. ubi ci. qui post promotionem obmutuit, datur coadiutor. ergo prius mutus

b promoueri nō debuisset. Ad ōria respōdetur, quod lex Leui. describit certos, sed non oēs prohibitos. Item ante, & post uerba pdicta generaliter prohibet oēm hñtē maculā. Item piu leges si tales uendātur, com-

petit redhibitoria, aut actio ex empto. ff. de ędil. edic,
l. 3. & l. mutum, ad id quod dicitur, non maledicen-
dum surdo, meritò dictum; quia non peccauit, ut de
cœco dicitur. Ioan. 9. in prin. & facit. 24. quæstio. 1. si
igitur. Ad tertium iam est responsum. Ad vltimum
respondetur, quòd distinguendum est sacramētum
ordinis, quod dignitatis est, ab alijs, quæ solum reci-
pientis gratia conferuntur, ut. 1. q. 1. §. si ergo. §. ecce,
32 & no. de coniug. ser. c. 1. in gloss. 2. ¶ Octauo † expe-
dito de sacramentis, quæro de muto, an testificari pos-
sit; planum est, quòd in testamento testis esse nō po-
test. Instit. de testam. §. testes in alijs causis. Vincent.
hoc dixit, quòd potest, si est litteratus, iurabit enim
& postea scribet testimonium suum iuratum, sed cō
tra. 3. qu. 9. testes. respon. illud uerum in absente, qui
vult testificari per litteras. non plus insto. sed uide
quod no. in spe. de teste, §. nunc tractandum. uersic.
33 quid de muto. ¶ Nono quæro † an posint surdus, &
mutus testari, uel hæredes institui, & adire. ¶ Circa
primum legistę, habent ius uetus, & nouum, iure ue
teri digestorum, laborans etiam altero morbo tan-
tum, nisi hoc impetraret à principe, testari nō pote-
rat. ff. de testa. l. si mutus, & ff. unde cognati. Loctaui
gradus, §. 1. iure codicis, in. l. discretis, C. qui testa fa.
fa. pos. distinguitur, aut laborat utroq; morbo, aut al
tero tantum. si utroq;, aut ab origine, aut a casu acci
denti. primo membro regulariter est intestabilis, sal
lit in milite, quamdiu militat, & in castris degit. ff. de
testa. mili. l. iure militari. Insti. cod. tit. §. quinimo. se-
cūdo in illo qui hoc impetrat à principe per. l. supius
alle. secundo membro, quando à casu, subdistingui-
tur, aut nouit litteras, & tunc testari potest, aut non
nouit; tunc non potest. Secundo principali mēbro,
quando laborat altero tantum, an solum surdus; &
tūc siue ab origine, siue à casu testari potest, aut mu-
tus tantum; & tunc aut nouit scribere; & tunc ab ori
gine, uel a casu sit morbus, scribendo testari potest;
aut non nouit, & tunc non potest nisi in casibus, de
c quibus supra, bene ergo dicit lex Insti. qui testa. fa.
poss. §, item mutus, & surdus, non semper testamen-
tum facere possunt, utiq; de surdo qui omnino non
audit, nō qui tarde audit, nam & mutus intelligitur,
qui loqui non potest, non qui tarde loquitur. sœpe
n. literati & eruditi homines uariis casibus audien-
di, & loquendi facultatem amittunt, Certum est au-
tem, ut patet in. §. ibi sequenti, qui incipit, sed si quis,
quòd isti morbi superuenientes præcedens testamē
tum non uiciant. facit. 32. q. 5. si uxorem, & regula, fa
ctum legitimè, de reg. iur. ad prædicta facit. ff. de ma-
nu. vin. l. surdi, & muti patris filius eius iussu manu-
mittere potest. de secundo clarum est, quòd possunt
institui. & adire, Insti. de hære. qua. & dif. §. ult. ubi sic
dicitur, Eum, qui mutus, & surdus natus est, nil pro-
hibet pro hærede gerere, & acquirere sibi hæredita-
tem si tantum intelligat, quod agit, &. ff. de bo. pos.
furioso & c. l. mutus, cæcus per bon. pos. admittere
possunt, si quod agatur, intelligant, cui concor. ff. de
acqui. hære. l. mutum. e. ti. l. pater. §. mutus. pater, uel
dominus filio, uel seruo institutis hæredibus iubet
hæreditatem adire. &. §. mutus, seruus iussu domini
pro hærede gerendo obligat dominum hæreditati,
de feudo an in illo succedat, uel illud retinere posit,
dic ut in li. feu. episcopū uel abbatem & c. §. mutus. &
an mutus, uel alter imperfectus feu. re. poss. ca. mu-
34 tus. ¶ Decimo quæro † secundum Vin. an constitue
re, uel cōstitui posint procuratores? expeditum est
per. l. ff. de procu. l. mutus, & surdus, per eum modū,
qui procederet potest, procuratorem dare nō pro-
hibentur. forsan & ipsi dantur, non quidem ad agē-
dum, sed ad ministrandum. Ioan. Andr.

ANNOTATIONES.

a ¶ Intelligunt. An autem damnatis ad mortem dari posit, uide
to. An. de hære. super eo. lib. 6.
b Promoueri. Pro hoc quia cum iste sit impotens executione or-
dinandi, ad illos promoueri non debet, ad hoc, de cler. exc. si
celebrat, & de elec. per inquisitionem. & c, commissa, li 6. &
c. si compromissarius.
c Dequibus. Vide Cy. Bal. & do. Bar. de Sali. in. l. discretis, præal-
lega. Bar. in. l. nutu. ff. de lega. 3. & omnino. uide Bar. in. l. mu-
tum. ff. de acquiren. hære.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus matrimonium contrahere non potest, & quis nu. 2. 5. et
7. an spirituale.*
De matrimonio carnali ad spirituale argaltur, & nu. 2.
2 *Furiosum qui eligunt in prælatum, quomodo punitur.*
3 *Separatio matrimonialiter coniuratorum multis fit modis.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
*Furiosus non priuatur in liberos potestate, & quando actus eius
teneant, & nu. 7. & 5. nu. 2. & cum eo contrahens quid amit
tat, nu. 6. in prin. an sit uerisimile quem contraxisse; ibid.*
Stipulatio quando ualeat, in fin.
6 *Additio glossarum, & nu. 7.*
Vxor ducenda qualis sit, ante cognoscendum.
7 *Consensus nouus an & quis sit in matrimonio:*
Contracto tempore furoris, cum rediit ad sanam mentem.
*Consensus in absentem continuari debet usq; ad consensum absen-
tis, & tunc utriusq; concurrere dicitur.*
Matrimonium quando dicatur contractum, circa fin. uer. aliàs.

CAPVT XXIIII.

1 Dilectus. C Furiosus † matrimo-
nium contrahere non po
test; & prima pars cum decisa ponit fa-
ctum. secunda cās inserendo respondet,
ibi, cum autem [*Cuidam*] furioso, ut sequitur. Host. [*Et
infra*] i. quæritur, utrum sint separādi, & ad hoc respō
det, Ho. [*Alienatione*] arguendo de carnali ad spiritua
2 le; dixit Vin. quòd si furiosus † eligitur in prælatum,
non tenet electio, dicens eos, qui elegerunt furiosū:
priuari potestate eligendi, quia male fecerunt. 33. di.
maritum. sed si apparebit de ignorantia, non punien
tur, de elect. innotuit. argui tamen posset, cum tunc
esse prælatum, cum ad sanam mentem redierit, sicut
tutor. Inst. qui da. tu. pos. §. furiosus, & furioso com-
mitti potest causa. ff. de iudi. cum furiosus, sed illud,
quia iudex inuitus dari potest, ergo absens, & furio-
sus. ff. de reg. iur. q pōt [*Furoris*] aliàs mentis, & melius
3 Abb. [*Separare*] à cōmuni † cohabitatione, uel de fa-
cto; sicut de facto fuerunt coniuncti, uel feratur sniā
diuortij. q a nō tenuit matrimoniū. Vin. ¶ Secunda
4 † gl. 1. distinguit tēpus ꝯctus posterius. secūdo obiicit
& soluit, tertio quærit, & arguit, proponit duas opi.
5 ꝯtrias, quas concordat. ¶ [*In glo. 2. ibi, qui furere*] uide de
æta. & qua. c. ulti. super ult. gl. [*& ibi, patre furioso*] sequi
tur, liberi nihilominus in patris sui potestate sunt [*&
ibi diuus*] laborans furore per dilucida interualla, si tē
pore sanæ mentis occidat, punitur (*& ibi. l. pe.*) furio-
sus per interualla, dum sapit, hæreditatē potest adire,
& oīa facere, quæ sanis hoībus cōpetunt (*& ibi. l. 1.*).
stipulatio non contrahitur, nisi utroq; consentiēte,
6 & loquente. uide inf. c. si inter, in. 1. glo. ¶ [*In gl. 1. in fi.*]
ut patet in an. & si alter sciret. pater, uel filia perderet
arrhas. C. de spon. l. vlt. ¶ [*In gl. ult. ibi, qui furere*] &. ff. de
iudic. l. iudex (*& ibi, uerisimile*) nisi bono. in fistenella
idest illo tempore, quod præcedit septuagesimam,
vbi sœpe tunc de mane inchoat tractatus de coniu-
gio cōtrahēdo, & finitur in tertiis. Hiero. ꝯ Iouinia.
E. equus, bos, asinus, urceolus, fictilis probantur.

prius, quam emantur, sola uxor non ostenditur, ne
prius displiceat, quàm ducatur[*& ibi, transferre*] non
contradicat, quod no. supra eod. ueniens 2. quia iste
a est casus. in quo sufficit animus. s. in possessione [a] per
7 denda, in fi. idem Vincen. & Gofr. & intelligas † hoc
secundum Ho. ipsa muliere consentiente. ex quo ille
redijt ad sanam mentem, & uidetur uelle, quod suffi
ciat consensus per iura superius allegata, si enim po
neres mulierem fugisse tempore furoris. & sic pœni
tuisse, cogeretur ne mulier adhærere sibi nunc rati-
ficare uolenti facto sanæ mẽtis? Certe non, infra ti. 1
de illis. 1. &. 2. &. c. duo pueri. & hoc ꝓbet littera hic,
Legitimus non potuerit &c. usq; in fi. nec ob. secun-
dum eum, si dicas, quod quandoq; non simul con-
sentiunt: & tamen est matrimonium, ut quando ali-
quis consentit in absentem, quæ de hoc certifica-
ta consensum approbat, & ratificat, & cõsenit, nam
illud uerum, quãdo absens est talis persona, quæ cõ-
sentire potest, & usq; ad suum consensum alterius
cõsensus continuatur, & sic cõcurrunt illi consensus
in idem eodẽ tempore. aliàs enim, nisi in idem eodẽ
tempore duorum consensus conueniant, nunquã
erit matrimonium. unde & in iuribus, quæ alle. glo.
inuenies, quòd ambo simul secundo tacitè, uel ex-
presse consentiunt, uel is, qui non consentit, quia de
liquerat, cogitur consentire secundum Host.

ANNOTATIONES.

a Possessionem Dominium autem non perditur, nisi alii acquiratur, ut. l. nec utilem. ff. ex qui. ca. ma. & uide ad materiã Bart. in. l. si ego. ff. de neg. ge. & in. l. quod meo. §. furioso. ff. de acq. poss.

SVMMARIVM.

1 *Matrimoniũ carnale per qua contrahatur, & quod ipsum faciat et nu. 2. & 4. in fi. & 6. spirituale quomodo, nu. 4. ut de utroq; in quibus conueniant, & dissentiant.*
Præsumptum interdum approbatur sine consensu, & nu. 6.
Fori iudicialis à pœnitentiario distinctio qua, & nu. 2. & nu. 6.
2 *Legitimus consensus hic quis dicatur*
Ecclesia non iudicat de occultis & in quo foro.
3 *Baptismus quo modo conferatur.*
5 *Suffragium glossarum,*
Consentire intelligitur filia patris uoluntati non repugnans.
6 *Additio glossarum.*

CAPVT XXV.

1 TVæ. C. Per † sola uerba non contrahi
tur matrimonium, sed per cõiũ-
gendorum consensum uerbis expressũ,
si loqui possunt. & huius pars, de procu.
ut lit. non cõte. de præben. tuæ, & primo ponit quæ-
stionem. secundo ipsius solutionem, quam probat
exemplis. 2. ibi. Nos igitur, dicebat. Ho. an ex verbis,
& ex quibus matrimonium contrahatur, quæritur.
nulla uerba, sed solus consensus facit matrimoniũ,
sic respondetur, & per duo exempla euidenter pro-
batur[*Solis uerbis*] non sine consensu, sed consensu be
ne contrahitur sine uerbis, ut sequitur, Ho.[*In ueritate*] idest uerum, nam præsumptum interdum in fo-
ro contentioso approbatur sine consensu, nã facta
fide ecclesiæ de præsumptione, cui statur, ipsa nõ re-
cipit probationem in cõtrarium, infra. c. is qui, in fo-
ro pœnitentiali inspicitur ueritas, j c. proxi, secũdum
2 Hosti.[*Legitimum*] quò ad † ætatẽ j. ti. 1. de illis, & quò
ad liberi arbitrii motum. j. eo. Gemma, & no. s. eo.
cũ locum, Host.[*Viri, & mulieris*] 29. q. 1. §. 1. & nõ per
aliqua uerba. & sic utriq; quæstioni supra positæ est
responsum, & hoc ꝓbat. j. nã & muti. &. j. submittit
de cõsensu: quia sine ipso uerba nõ ꝓsunt, & id ꝓbat
j. uer. & pueri[*Quantum ad ecclesiam.* i. forũ cõtẽtiosum
in quo ecclesia nõ iudicat de occultis 32. q. 5. Chri-
stiana, & seqtur ea, q̃ apparẽt, licet nõ sint. uñ ipsi⁹ iu
dicium fallit, & fallitur, de sen. ex. à nobis. 2 secũdum
3 Ho.[*Verba*] sic & † matrimoniũ spũale contrahit cõ-
sensu eligẽtiũ, & electi, & tñ necessaria sunt uerba. pri
mũ patet. s. de trãsl. inter. ꝑm. s. de elec cũ inter cano-
nicos, &. c. quia pp. ꝑm. T. & Gos. &. c. i. ecclesia. i. Itẽ
ex quo quis põt fari, nõ baptizatur, nisi ipse idem re
spõdeat, de cõs. di 4. cũ pro patuulis. sed Ho. qui ut di-
cã infra super gl. pe. uoluit tenere, ꝙ inter eos. q loq
põt, cõtrahitur matrimoniũ sine uerbis, respõdet. ꝙ
in baptismo uerba, & forma uerborũ sunt de subst. 1.
q. 1. detrahe. s. de bap. c. 1. sed in matrimonio nec uer
ba, nec uerborũ forma sunt de substantia, ut hic, &
inf. c. 1. &. c. pe. ibi. Vel alia uer. 1. rñ &. §. 1. ibi Seu uer
ba si. Dixi autẽ se spaciosius tractasse in sum e. tit. sub
rubrica, de matrimonijs. §. qualiter ꝯhatur. uer. 1. 2. &
4 3. & se. fatef † aũt, ꝙ spũale mr̃imoniũ nunquam sine
uerbis ꝯhitur. ut dictũ est. s. quãuis enim argumente
mur sæpe de spũali ad carnale. s. de trãsl per totũ, sũt
tñ inter hæc duo multæ differentiæ, uñ uer. unus cõ
sensus, cupiensq;, pecunia, pura, mens cõcors, distãt
spũs, atq; caro. i. spũale, & carnale mr̃imoniũ, & hic
tãgitur alia differentia no. infra de cõsang. & affi. nõ
debet. §. quaternarius. Tu dic mens concors, sacrans
ꝑficit illa, simul, ætas, & qualitas, tp̃s, & cã ꝓles. unus
cccc. i. differẽtia, q̃a requirit in carnali, ꝙ q̃s sit unus
vnius, & ecõuerso. de diuor. gaudemus, in spũali una
ecclesia, s. generalis hẽs plures spõsos, ut no. de trãsl.
inter cor. & unus plures spõsas particulares ex dispẽ
satione, ut no. de ꝑben. de multa. Cõsensus. 2. differẽ-
tia, quia carnale solo consensu ꝯhitur, ut est dictum.
spũale nunquã ꝯhitur sine uerbis eligentiũ, & electi,
ut ꝓbatũ est supra. Cõueniunt aũt. quia neutrũ cõiũ
gendũ, uel dissoluẽdũ sine licẽtia ecclesiæ & de hoc
infra ti. 1. c. 2. sed frigidus, & castratus nõ est aptus ma
trimonio carnali ad cõsentiendũ. in spũali, secus, ut
no. de frig & male. c. 1. Cupiẽs. 3. differẽtia, q̃a ab ini-
tio nõ debet q̃s contrahere mr̃imoniũ carnale nisi
mere uolũtarius. & appetẽs, & importune petẽs. 27.
q. 2. institutus, sed in spũali debet inueniri ab initio
nolẽs. & se nõ ingerẽs, sed fugiẽs. C. de epi. & cleric. si
quẽquam, &. s. de elec. qualiter. Pecunia. 4. differẽtia
quia in spirituali nunquam debet interuenire pecu-
nia, quę sit causa contrahẽdi, supra de elec. si alicuius
sed in carnali põt, & debet interuenire. 30. q. 5. nullus
a 4. q. 4. cõsanguineorum. & adde quod [a] supra dixi de
pecu. cler. c. 1. super ulti. glo. Pura. 5. differentia, quia
carnale admittit conditionem, spirituale non, de cõ
di. app. super eo, de elect. ca. 1. li. 6. Mens 6. differentia,
quia in carnali uenire debet cum proposito aliã nõ
ducedi, infra de con. appo. c. fi. in spirituali põt in mẽ
te gerere, ꝙ ab una administratione ad aliam trãsfe-
ratur, non tamen ambiendo, sed magis proficere de
siderando, ut patet de transla. episco. c. fina. 8. q. 1. qui
b episcopatum [b] Concors. 7. differentia: quia carnale
nec transactionem nec amicabilem compositionẽ
admittit, supra de trãs. c. fi. secus in spiritualibus, de ꝑ-
bẽ. nisi essent, de elec. cum inter, sed spirituale fortius
est, ut supra de trãsl. inter. qñq; tamen facilius solui-
tur, ut patet in eo, quod legitur & nota. de coniu. le-
pro. ca. 2. primo respon. in fi. Hosti. Tu adde, Sacrans,
q̃a per matrimonialem cõsensum in carnali statim
est sacramentum, in spirituali non. Item perficit, q̃a
carnale perfectum & ratum expresso cõsensu; spiri-
tuale non, de hoc supra de transl. c. ulti. Item simul,
quia carnale simul & uno momẽto perficitur; illud
ex interuallo. Aetas, quia alia ętas in uno, quã in alio
patet supra de elec. cũ in cunctis. infra ti. 1. p totũ. Et
qualitas, q̃a talis ad unũ admittitur, qui ab alio repel

llitur, & econtra. unde illegitimus repellitur a spiri-
tuali, de fi. presby. per totum. & admittitur ad carna-
le, de proba. per tuas. de frigido. & castrato dixi, su-
pra (tempus) hic dupliciter, scilicet quia carnale præ
cessit institutionem. de voto. c. 1. l. 6. Item quia ad spi
rituale præfixum est certum tempus, de electio. ne
pro defectu, de concess. praeben. c. 2. lib. 6. ad carnale
non (Causa) quia alia causa institutionis primi, s. ad
prolem. uel ad uitandam fornicationem. 33. q. 2. §.
his ita. ista ad regimen fidelium, & animarum curã.
(Proles) ex carnali carnalis, ex spirituali spiritualis p-
ducitur proles. 13 q. 1. olim. Ioann. Andr. (*nam*) & hic
probet, quod contrahatur sine uerbis. Innocen. (*&*
5 *Tueri*) probet, quod non semper uerbis, Inn. ¶ *In* † *gl.*
2. ibi. possit loqui) nisi morbus ei essent impedimento.
ita dicit. l. nutu (*& ibi, in epistola*) uide detesta. cum ti-
bi, super glo. 2. (*& ibi: sed quæ putris*) sequitur. uoluntati
6 non repugnat, consentire intelligitur. ¶ *In gl. 2. ibi. l.*
nutu) hanc. l. inducebat Ho. pro se, scilicet, quod sine
uerbis contrahatur matrimonium, ut si ille, qui lo-
qui non potest, aptus est contrahere per nutum, for
tius is. qui loqui potest nec enim quærimus, an ver-
ba sint apta. sed consensum. ff. de uer. obliga. si stipu-
ler. §. si in locando. unde & sine uerbis dicitur mu-
lier tacitè consentire. ff. de spon. l. in sponsalibus, pri-
ma, &. l. sponsalia, &. l. scilicet. ff. de ri. nupt. l. 2. unde,
quamuis uerborum forma omnino deficiat, si de
violenta præsumptione constat euidenter, in foro
contentioso pro matrimonio iudicatur, quicquid
sit de pœnitentiali, ut infra cap. prox. (*& ibi: sed quæ pa*
tris) Ioan. & infra de despon impu. c. uno. li. 6. ¶ *In gl.*
pe. in fi.) idem Ioan. & Gos. Innocen. & Bar Brix. idem
43. dist. sit rector, argu. infra eod. si inter, & de spons.
duo. licet. ibi. utraq; dicente, ubi idem tenet T. dice-
bat ergo hic Innocent. quod etiam si constaret de
consensu, ut quia uterq; confitetur. non esset matri
monium sine uerbis quia ecclesia hoc statuit, ne tã-
tum sacramentum sit in incerto, & ex contrario se-
queretur absurditas, quod euntes per uiam contra-
herent. quod periculosum esset, Vincen. infra titu.
prox. capit. ultim. Ala in decre. licet, & Hostien. con-
tradicentes solo facto matrimonium contrahi sine
uerbis, quod posset esse uerum, cum precessit tra-
ctatus. prima opinio, cum non præcessit, ut no. infra
de conu. seruo. c. ulti. in ultima gloss. Ad prædictam
autem rationem Innocen. respondebat Hostien. se
fateri, quod ecclesia non iudicabit pro matrimonio
nisi ei constet de consensu, uel per uerba, uel per alia
æquipollentia, sed in exemplo Innocen. non posset
fieri fides ecclesiæ de consensu; nam & si alter in al-
terum consentiat, uerè loquendo non potest dici
quod alter in alterum consentiat, cum sensum ip-
sius non sentiat, sed ignoret secundum Hostien. un-
de, licet sint sensus, non possunt dici consensus. cum
expressim isti sensus non conueniant. Imò possent
dici dissensus, quasi diuisi sensus, & adde quod dixi
super gl. 2. & in textu super uer. uerba. fatetur tamen
Innocen. sponsalia contrahi ipso facto, licet secus in
matrimonio, hoc no. hic, & infra cap. proxi:

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium an sit, quod est callidè & p ineptu uerbu ad hoc tã-*
tum, ut carnalis copula extorqueretur, contractu, & nu. 4. 7.
& 9. in spirituali quid iuris. nu. 7. 13. in fin. & quæ matrimo
monium soleant inducere, nu 9. & 10.
Quando sine solemnitate dicatur contractum, & nu. 2.
In foro pœnitentiali cum quis consulitur, nomina tacentur, secus
in ciuili. & nu. 2. aliu differentiu, nume. 4. 7. 9. & 10.
2 *In persona tertiu si contrahitur, uidetur potius alienum factum*
promitti, quam suum; & non ualet stipulatio, & quid aliud
præsumatur uide nu. 10.
3 *Nominis mutatio, si de persona constat, non obstat, aliquando*
secus.
Nomen mutans falsi tenetur, & hoc non licet allegare, num. 7.
4 *Per testes occultos etiam probatur contractus matrimonij.*
6 *Forte aduerbium quomodo sumatur hic.*
8 *Si res ita se habet, clausula, duplici capitur modo.*
9 *Ioannis de Deo quæstio. citantur.*
Dubitandi, & decidendi causæ quæ hic.
10 *Copula præsumitur consensus*
11 *Dolus punitur in alterutro foro.*
12 *Epilogus, & suffragium glossarum,*
Quod agitur plus ualet, quam quod simulate concipitur.
13 *Additio glossarum.*
Protestatio coram aliquibus facta an, & quando releuet à con-
tractu subsequenti protestantem, & nu. 14.
14 *Animi celeritas maior omni alia celeritate.*
Cor hominis mobilius omni mobili.

C A P V T XXVI.

1 TVa nobis. C. Non est † matrimo
niũ ubi alter cõtrahẽ-
tiũ nõ cõsentit. & facit duo. primo ponit
consultationem, secundo ipsius solutio
nem. 2. ibi, super quo. Solutio uerò duplex est, prima
quò ad forum iudiciale. secunda quò ad forum pœ
nitentiale. 2. ibi: Nos autem. dicebat Hostien. uerba
inepta proponens, & mulierem fallere intendens,
cum ipsa contrahit, ad hoc tantum, ut carnalem co
pulam extorqueat, & in foro pœnitẽtiali hoc denu-
dat, & cõsulitur papa, an tale matrimonium teneat.
papa rñdendo in foro cõtẽtioso, cũ carnalẽ copulã
post hoc extorserit. pro matrimonio iudicat. In iu-
dicio uerò animæ, secundum quod cõsultatio facta
erat, contrariam responsionem dat [*Quidam*] ex taci-
turnitate nominum infert Hostiẽ. q agebatur in fo-
ro pęnitentiali: aliàs fuissent expressa, ut sup c. sicut,
2 cum in apostolica, infra c. Gemma [*Nulla* † *solemnitate*]
i. sine præsentia alicuius sacerdotis. i. non auctorita-
te ecclesiæ. Abb. (*Alicuius præsentia*) per hoc etiam no.
Host. & Pe. q non erat quæstio in foro contentioso,
cum nec de hoc posset conuinci, sed sponte hoc fa-
tebatur in pęnitentiali foro (*Desponsat*) per uerba, cũ
sint tertiæ personæ, uidebatur potius alienum factũ
promittere, quàm suum. & sic non ualet stipulatio,
instit. de inuti. sti. §. siquis alium. & potius præsumi-
tur ipsum uelle distrahere, quàm contrahere, Insti.
qui. mo. re contra. obli. §. is quoq;, sed copula subse-
cuta in foro contentioso faciet matrimonium iudi
3 cari cum desponsatione propriæ personæ, non † ob-
stat, q nomen mutauit, de quo non est curandum,
ex quo constat de persona. ff. de hære. instit. quoties.
§. siquis nomen, quamuis ipse teneatur de falso, ex-
quo dolose hoc facit. C. de mu. nominis. l. 1. & no. su
pra de his, quæ fi. à præla. si. con. c. quanto, uersic. ab-
sentiũ. tamen, forsan isti uidebatur cõtrarium, sicut
quãdo testator q vocatur Io. dicit. Sempronius Plo-
cij hæres esto, quod dic, ut. C. de hær. inst. l. fi. sed hoc
4 ratificat copula, ut sequitur, ßm Hostiẽ. recitat † hic
Abb. quendam clericum, qui puellam quãdam per
hanc decr. decipere intendebat. sic fuisse deceptum:
quia puella, cũ qua intendebat clandestinè cõtrahe-
re, habuit testes occultos, qui celebrato matrimo-
nio testificati fuerũt de matrimonio, quod uidetãt,
& sic succubuit clericus in foro iudiciali. licet forsã
in foro pœnitentiali non teneretur [*Dissentiat*] quasi
dicat episcopus secundum Hostien. q sæpe monuit
cum, ut deciperet mulierem de nouo in ipsam con-
sentiendo

ſentiendo,ſed noluit acquleſcere.ſicut nec illa, de iu-
ciur.tua. 2. & ſic arguit quæſtionem fuiſſe pœniten-
tialis fori[*Cognouit*]hoc non fuit parum,vt patebit per
5 ſequentia[*Copula*] quæ ad † omne quare reſpondet.
nam hæc verba futuri temporis ad præſens retorquet
infra eod. is qui : de expreſſo diſſenſu conſenſum fa-
cit,ſupra eodem veniens. i. infra eodem conſultatio-
ni, qui. ma. accuſ. poſſ. inſuper conditionalem pro-
miſsionem puram reddit,infra de condi. ap. de illis,&
c.per tuas.non eſt ergo mirum , ſi uerba tertiæ perſo-
næ trahat ad primam , ut hic : quia ex quo ſponſalia,
vel aliquid matrimoniale proceſsit , omnia ratificat,
& omnia ſupplet,ſupra eod. de illis,&.c. commiſſum.
ad idem de eo , qui du.in ma. ſignificauit. Hoſtienſ.
6 [*Forte*]aſſertiuè † ponitur.Ioann.Gofred.& Innocen.
ſim.ſecundum eos.33.q.ſecunda,admonere,de pœn.
diſti.prima,quamobrem.vnde poteſt exponi , forte.i.
fortiter quò ad forum iudiciale , ſecundum Hoſtien.
[*Quod qualiter*]ſcilicet quod non conſenſerit[*Non uide-
mus*]certè nec in foro contentioſo uideri poteſt : quia
7 nec licet † ei allegare,quòd doloſe nomen ſuum mu-
tauerit,de dona.inter dilectos, & per carnis copulam
conſtat de conſenſu , ut eſt dictum , & eſt ſimilis re-
ſponſio Iuliani. Non animaduerto,inquit , quo caſu
committatur ſtipulatio.ff. de procurato. non cogen-
dum,in fin. poteſt tamen hoc uideri in foro pœniten
tiali, de quo quærebatur , & ideò ſtatim papa reſpon-
det ſecundum Hoſtien.& quomodo ſecundum eum
idem eſſet in matrimonio ſpirituali,uel ꝓfeſsione re-
ligionis,dicam infra,qui cleri.uel nou.ueniens , ſuper
8 glo.timor [*Si † res*]ponuntur hæc uerba cauſatiuè, id
eſt quia res ita ſe habet . Credere enim debemus, ex
quo in pœnitentiali foro id aſſeritur , ut ſæpius di-
ctum eſt , uel poteſt legi conditionaliter , ſi res ita ſe
habet,ſcilicet, quòd ſic tibi fuerit in pœnitentia con-
feſſus,ſecundum Hoſtien.[*Iudicari*] in foro pœniten-
9 tiali, unde † dicebat Ioann. de deo in vltima ſua quæ-
ſtione , quòd iſte non eſt audiendus, ut ſeparetur ab
vxore,quia non eſt ueriſimile, quòd non conſenſerit
in cauſa,nec per eius confeſsionem derogatur iuri di
centi , quod non debet dimittere uxorem ſine iudi-
cio eccleſiæ.ſed dicat pœnitentiarius , quod non co-
gnoſcat illam,niſi conſenſerit, uel conſentiat in eam,
ut in uxorem,& inducant eum;ut conſentiat, nec di-
cat ei,ut illam dimittat , quia ex hoc peccaret, cum
hoc non ſpectet ad ſuum forum, ſed ad forum eccle-
ſiaſticum contentioſæ iuriſdictionis,& qui ſecus ſen-
tiat,pecus eſt,ſecundum eum,ſecundum Gofred.pro
muliere facit contractus præcedēs cū copula ſequen-
ti,quæ duo ſolent matrimonium inducere , uel con-
ſor de ap. de illis.dolus viri, propter quem & ſi nō ſit
matrimonium , cogi deberet matrimonialiter con-
ſentire , infra de eo. qui du.in ma.c. 1. tamen non pu-
tat ipſe G.quòd doloſus in hoc caſu compellatur cō-
ſentire.nam in præceden. decret. fuit conſenſus, licet
illegitimus , & uerba apta , hic neutrum . alia tria fa-
ciunt pro uiro,ſcilicet, quòd non propoſuit illam du
cere. Item quod nunquam in coniugium conſenſit.
Item quod nec forma contrahendi fuit obſeruata,&
has rationes papa ſuperioribus prætulit,quia ſubſtan
tia matrimonij defuit.& hoc uerum in foro pœniten
tiali. in iudiciali autem patet lippis , & tonſoribus ,
quòd efficatiores ſunt rationes mulieris , ſecundum
10 Hoſtien.[*Subſtantia*] i. conſenſus † quem tamen præ-
ſumpſiſſemus per copulam,niſi tu nobis contra ſcri-
pſiſſes[*Forma*]ſcilicet ſolita uerborum, de qua infra c.
pen. poſſet tamen dici ſecundum Innocē. quod uer-
ba ſatis erant apta,ſi uocaretur Ioānes. non ob.quòd
prolata fuerunt in tertia perſona ſecundum Petrum,
& Abba. [*Parte*]ſcilicet uiri [*Aſſerit*] nota. caſum , in

11 quo † non punitur dolus ſecūdum Iac. dicebat Hoſt.
bone magiſter,non poteſt puniri in foro contētioſo,
de quo decr. intelligis: in illo tamen,in quo loquitur,
per impoſitionem pœnitentiæ punietur[*Omnino*]ſm
propoſita,ſm q̄ rn̄dere debemus.Hoſt.[*cætera*]carna-
12 lis copula,& huiuſmodi uerba.Abb.¶Gl.1.† obijcit.
& reſpondet. ſecundo quærit,& ſoluit.¶ *In glo.1 ibi,l.ſi
quis*]ſequitur,geſtum a ſe fecerit alium geſsiſſe ſcribi,
13 plus actum, quàm ſcriptum valet. ¶ *In † glo.1. ibi, non
procedunt*]dicebunt glo.Io.& Vinc.non proficiunt,ſed
proteſtatio coram aliquibus facta præceſsit , coram
quibus proteſtabatur ſe non animo contrahendi fa-
cere.31.qu. 2.Lotharius.ſupra,quod metus cauſa c.1.
ſed ſimulate &c. Gofre.dixit,quòd hoc erat diuinare
Hoſt.dixit,quòd erat contra ueritatem,& contra tex-
tum ſupra.Nulla ſolemnitate &c.in princ. decr. & ibi
Conſentio,forte uiſum fuit. B. quòd Ioannes , cuius
fuit hæc glo.eſſet hic contrarius illi parti,quam ſupra
addidi,& ideò forte illam partem non poſuit.ſed cre-
do,quòd Ioannes hoc intendebat,quādo mutato no
mine dicit,Talis te deſponſat.iuuat proteſtatio, ſi præ
ceſsit.Si uerò in propria & prima perſona dicat cōſen
a tio &c.Tunc proteſtatio præcedens non releuet ¶, ex
quo ibi clara ſunt uerba contractus.& ſine illo ambi-
guo iſte intellectus ſatis colligitur ex gl. ſua, quā etiā
poſuit Vin.ibi, Pro matrimonio.nam ex contrario da
retur materia omnibus matrimonia contrahentibus
ſic proteſtandi, ut poſtea diuerterent a coniugibus,ſi
14 diſplicerent[*& ibi, Ab illa uoluntate*]in ipſo inſtanti.Tul
lius.Tuſcul.I.nulla celeritas eſt,quę poſsit cum animi
celeritate contendere.inde Boëtius,quòd cor homi-
nis eſt mobilius omni mobili[*Et in fi.*] Hoſt.dicit hoc
uerum,quādo proteſtatio fit ſine iuſto metu, uel alia
cauſa,quæ proteſtationē corroboret:quia tunc quan
do ex cauſa fieret,ualeret,nec per contractum uidere
tur ab ea receſſum,ſupra quod me.cauſa. ca.1.31.q.2.
Lotharius.ſed per copulam,ſi ſequatur, indiſtinctè di
cit receſſum à proteſtatione,etiam facta ex iuſta cau-
ſa,ad hoc quod dixi ſm eum ſuper uer.copula.¶*In l.
ue.quòd in fi.*]ut no.infra. is qui.in fi.ulti.gloſſ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Non releuet.Vide Bart.in.l,non ſolum.§.morte.ff.de nou.oper.
nun.in.l.qui alienum.§ fi.ff de acqu.hær.& ad materiam huius
c.uide Bal.in.l.fi.C.de hære.inſt.

b ¶ Probetur.Idem dicitur de notorio.uide Io.An.in.c.bonæ el.1.
ſuper gl. & illa,de elec.

SVMMARIVM.

1 *Decretalis huius partes ubi.*
Matrimoniū ad denunciationē & unius impeditur, & nu. 6 §.3.
2 *Verbis aliquando non noſtris utimur.*
Præſens pro futuro,enallage.
Dubitandi cauſa quæ hic.
3 *Grauis perſona quæ dicenda.*
Arbitrium iudicis qualis eſſe debeat,& nu.6.§.2.
Circunſtantiæ penſandæ,& quæ ſint & earum uſus quando.
4 *Vt ſuſpecti repelluntur qui ſe offerunt, & qui alij,&.§.2.*
Teſtimoniū principaliū auctorū contractus non admittendū, ibid.
*Parentum appellatio quibus accipiatur modis , qui recipiendi ad
teſtimonium.*
5 *Epilogus,& additio gloſſarum, nu.6. & nu.7.*
Banna hic quare dicebantur .
Fama quæ dēat a iudice reputari , et de ea qualiter certiorari,n.7.
Denuntians quis admittendus.§.2.& ſupra nu. 1. 3. 4.

CAPVT XXVII.

1 CVm in tua. Pars † ſupra de teſtib.
cum in tua,de deci. cū
in tua,qui ma. ac.poſ. cū in tua. &.h.d. Ad
denunciationē unius honeſti uiri,qui de-

fert cõsangninitatẽ, & de eius fama, uel scandalo do-
cer, impeditur matrimonium contrahendum. & po-
nitur consultatio. ipsius responsio in ver. ad quod. di-
cebat Hostiẽ. in ecclesia occasione matrimonii inter
personas aliquas contrahendi fama priuatum affert
impedimentnm, offertur sacramentum ad ipsum ex-
cludendum, quæritur, qualiter sit agendum, respõde-
tur; ꝙ ad arbitriũ diœcesani, qui etiam instruitur, qua-
liter se habere debeat, est in talibus recurrendnm. & si
nihil probetur, est tamen qualiscunq; coniectura, uel
præsumptio contra matrimonium, nõ debet eos diœ-
cesanus distringere, sed monere ad desistendum [*Vta-
mur*] si. de † hær. accusatus. §. 1. li. 6. & iurisperitus utitur
2 verbis rusticorum. ff. de leg. 3. si chorus, secundũ Ho-
stien. [*Editis*] aliàs edictis. i. frequenter dictis, uel pro-
positis. 12. q. 2. indigne, Hostien. (*Publicè*) sed priuatim.
(*Contrahentium*). i. contrahere volentium. Inno. (*Facien-
dum*) utrum sit credendum tali priuatæ famæ nõ pro-
batæ, an sacramento potius propinquorum, quæ fuit
dubitationis causa, quia cum nullus accusator appa-
reret, uidebantur sine causa iurare, uel quia per talem
denunciationem, siue famam, non debeat episcopus
postponere recipere iuramenta, nec matrimonium
prohibere, secundum Inno. (*Grauis*) moribus† non ho
3 noribus, & uide quod no. de testi. licet ex quadam. in
eadem gloss. (*Iuramenta*) supra de proba. iurauit, contra
supra de testi. series. ibi soluitur. Hostien. (*Arbitrium*) q.
d. licet multa dixerimus, & te instruxerimus, & multa
dicant iura circa hãc materiam; tñ cum ex uarijs cau-
sis varia præsumantur, nec propter malitiam homi-
num, natleratem temporum certa regula dari posit,
finaliter arbitrio tuo relinquimus, ut pensatis perso-
nis, causis, & temporibus facias hoc, uel illud. arg. in-
fra de homi. sicut, de transac. c. fi. ff. de vsur. mora. ff. de
testi. l. 1. ff. de uerbo. obliga. continuus, & no. supra eo.
præterea 2. & c. sicut, in fin. & in ca. seq. (*Propinquorum*)
4 quos episcopus non habeat † suspectos. unde quod
supra prohibet recipi parentes, hic uero propinquos
recipi permittit, procedit ex suspitione, quæ procede-
bat ex oblatione. quia se ingerebant. ff. de procur. quę
omnia, secundum Pe. & Abb. unde illos repellet epi-
scopus, & alios admittet, de quibus confidet, quod ue
rum loquantur. posset aliter intelligi, ut ibi parentum
quod est supra. sumatur pro genitoribus tantum, fa-
cit. 4. q. 3. parentes, & infra de his, quæ fi. occi. c. fi. non
pro consanguineis aliis, sicut po. 3. q. 5. c. 1. &. 35. q. 6.
de parentela, ut quando aliqui tractant de matrimo-
nio filiorum, & ipsi sunt principales auctores contra-
ctus, testimonium ipsorum uelut principalium & sic
suspectum repellatur, aliorum verò consanguineo-
rum admittatur, ut hic. Boati. dicit, quod iuramenta
propinquorum uolentium computare gradus reci-
piuntur, ut hic: sed si computare nolunt, non, ut supra
5 (*edocere*) † nec tu p te de plano potes certificari, & sub.
hic Pe. etiam si sit grauis persona, quæ denunciauit.
¶ Glo. 2. notat, rationem reddit signat contrarium, &
soluit. ¶ Glo. 4. signat etiam contrarium, & soluit, ar-
guit, & remittit. ¶ Glo. 4. alleg. duas concor. & signat
unum contrarium. ¶ Antep. glo. & ulti. eliciunt duo
6 notanda. ¶ *In † glo. 1, in fi.*) & forte dicebantur banna,
quia sub banno, uel sub pœna excommunicationis
præcipiebat sacerdos, quod nullus impedimenta ce-
laret, argu. 16. q. 1. statuimus Hosti. ¶ *In gl. 2. in fi.*) unde
no. ex hoc Hostien. quod iudex non debet reputare
a famam, nisi coram eo probetur. ¶ *In gl. imò, ibi, denun-
ciante*) utiq; ideò minus admittenda esset, de confess.
c. 1. de testib. ueniens. 1. dixit igitur Hostien. hoc arbi-
trariũ, ut episcopus posit admittere, etiam turpes per
sonas hic denunciantes, si sibi videbitur propter pe-
riculum animæ. 2. quæst. 1. si peccauerit, ubi de hoc,
& si sibi videbitur, repellere. & facit quod dixi secun-
dum eum in contrario, & supra super uer. arbitrium.
¶ *In glo ergo fama ibi, inquisitionis, in fi.*) So. ut ibi dixi su-
7 per vlnm. glo. ¶ *In gl. summaria ibi strepitu*) unde dice-
bat Innocen. quod sine ordine iudiciario, & sine te-
stibus poterat quis certiorari de fama. uide quod di-
xi, de postu. c. 1. super uer. requisitus, per quod intelli-
ges, quod hic dicit de testibus, & habebis concor-
dantias. ¶ *In gl. ult. in fi.*) adde quod dixi infra de accu.
cum oporteat.

ANNOTATIONES.

a ¶ Probetur. Idem dicitur de notorio. vide Io. An. in. c. bone el. i. su
per gl. & ista de elect.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri neganti se in matrimonium consensisse non creditur, et quã
do matrimonium uerò contractum ab ea per motũ non tenet, &
quem, et auditur, & nu. 2.*

2 *Mulieres alicubi desponsantur primò, & postea, & quando benedi
centur, quamdiu post benedictionem in uirginitate manere mo
neantur.*

3 *Matrimoniũ nõ præsumitur, nisi probetur, nisi in casu.*

4 *Assertio patris non iuuat, nec iudicis, nisi probet, & num. 5.
Protestatio mulieris contraria, facto non prodest, nisi in casu, &
quo, nu. 8. cir. fin.*

5 *Veraciter, pro libere.
Negatiua prægnans differt à pura, quæ sint utræq;, & earum di
uersi effectus.
Violentia legitime proposita non excusat.*

6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.
Metus uanus non excuset.*

8 *Additio glossarum,
Vis, seu metus non purgatur ex cohabitatione mulieris cum uiro
uel copula si continuet.*

CAPVT XVIII.



1 Consultationi. C. Mulier † quæ
negat se in matri
moniũ cõsensisse, nõ creditur marito pro
bãte contrarium, sed si probat se cõsensisse
per metũ, qui potuit cadere in cõstantẽ, nõ tenet ma
trimoniũ, duos casus determinat. secundus ibi, sanè il-
lis. dicebat Host. simplici assertioni mulieris dicẽtis se
nunquã in uirũ matrimonialiter consensiste, est ꝯria
sufficiẽs testificatio ꝑferenda. Porrò si statim aufugit
nec cognita fuit & de coactione offert testes idoneos
nõ est eidẽ audientia denegãda (*Venientes*) mrĩmonio iã
2 cõtracto. Vin. uñ in quibusdã locis † est cõsuetudo, ꝙ
mulier primò despõsatur. demũ interdũ post lõgũ tp̃s
die, qua traduci dẽt, benedicitr (*Valuas*). i. fores. l. di. pę-
nit. s̃. de elec. in causis. §. 1. Hosti. (*Benedicenda*) postquã
benedicuntr, monẽtur triduo, biduo. uel saltẽ ea no-
cte in uirginitate. uel castitate manere. 24. di. c. ult. 30.
q. 5. aliter, Thob. 6. in fi. 8. in pri. dicit Ho. & ibi. Subar-
rhatur. Tu dic, ut. sup. dixi, cõsensisse, & forte certũ est
ep̃o eas lõgo tp̃e cohabitasse spõsis, uel eas cõsensisse
in copulam, sic posset variari iste casus à sequenti, ꝭm
Host. (*Idoneis*) forte parẽtibus, uel alijs asserẽtibus eã cõ
sensisse. uñ, & si uellet ꝓbare nõ cõsensisse, nõ audiretr
a sed si uellet ꝓbare nõ ueraciter cõsensisse, audiretr [a] ut
j. prox. rñ. qđ differt in hoc ꝭm Host. & ideo dixit infra
3 simplex assertio, ꝭm eũ (*Testibus*) si nõ † apparẽt testes,
non ꝑsumetur matrimoniũ. nisi probetur, sed stuprũ
uel adulterium. 30. q. 5. quod intelligas in facto recen
ti. Si. n. longum tempus lapsum esset, pone 40. anni à
tempore contractus, sufficerent præsumptiones pro-
babiles, scilicet quod semper tenuit ipsam in uxorẽ,
& ad mensam, & ad lectũ, & extra prędicta. C. de nup.
si uicinis. ff. de ri. nup. in liberæ. Idẽ in clandestinis. nec
mirũ, quia per tales præsumptiones nedũ impeditur
matri-

matrimonium, sed etiã separatur, supra de præsump.
[ter]tio, & c.præcedenti, & ibi de hoc, secundum Hosti.
4 [*Assertio*] si igitur† uellent hoc probare, bene audiren
tur mu[l]to magis, quàm post benedictionem: sed pro
se etiam [illegible] cum iuramento nil probant, secundum Phi.
[*Recepta*] [f]orte coactione per parentes adhibita [*Aufugiunt*] qua[m] [illegible] cito possunt, supra eo. ad id. ꝙ si protestatur, sibi displi[c]ere, & remanet, dicit Vinc. ꝙ sibi præiudicat, & factæ protestationi derogat, de ap. sollicitudinem; alle. in contrarium, supra quod me. causa. ca. t. dic, ut dixi, supra eo. tua, super glo. 1. [*Veraciter*] i. libe-
5 rè, q. d. non sponte. & ideo debent audiri, cum sit † negatiua prægnans, supra de renunc. super hoc: secus in purè negantibus, ut proximo respon. Hostien. unde hoc solum notabat Abb. ex decre. ꝙ uiolentia illegitimè proposita non excusat: secus, si legitimè proponatur [*Deneganda*] etiam si agatur possessorio, supra de restit. spo. ex transmissa, & c. ex parte. alii tamen dicunt contra Inno. [*Constantem*] saluo eo, quod no. supra eo. cum locum. in prima glo. [*Audienda*] cum effectu, ut scilicet matrimonium separaretur, supra eo. tuæ, & c.
6 ueniens, & c. cum locum. Hosti. ¶ Prima† glo. arguit à contrario, & illi argumento opponit, & soluit. ¶ *In*
7 †*glo. penul. ibi. §. 3. aliàs. 2.*] uide de iura. calum. c. 2. super 1. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, metus*] uide de iureiur. uerum, super gl. 2. [*& ibi, si quis ab alio*] uani timoris nulla est æstimatio. & ideò in æstimatoria, qua agitur contra illũ, qui satisdare promisit pro illo, à quo stipulatus fuerã, 10, quãdoque nil uenit æstimandum, ut quia ille pro
8 missor est locuples. ¶ *In† glo. 1, ibi, credendum*] quia nec iudicis assertio præualet legitimis probationibus, supra de testibus, cum à nobis, de probationibus, quoniam contra, Goff. ¶ *In glo. 2 ibi, uidentur*] nisi appareat eas inuitas detentas & cognitas secundum Vinc. ¶ *In glo. no. quòd, ibi. c. ulti.*] & infra de electio. ubi periculum, libro sexto,

---

ANNOTATIONES.

a ¶ Audiretur. Nisi præsupponeretur unum tantum fuisse matrimonium, quia tunc etiam dictio probaretur negatiua, de probatio. tertio, & uide ibi Ioan. Andræ. in c. bonæ, el primo super 1. glo, de elec. & uide l. fi. C. de re. credi. & ibi no.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonijs & sponsalibus debet esse libertas, & an obliget pœnæ promissio, & num. 2. 3. 5. 6, an pignus, num. 7. & 9. uide alia, num. 8.*
2 *Parentis appellatio hic large accipitur.*
3 *Stipulatio non tenet, ubicunque sit contra bonos mores.*
Ad ecclesiæ iudicium recurritur super accessorio matrimonij,
Matrimonij accessoria quæ,
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Arrha potest & quanta in sponsalibus interuenire, & duplicatur per eum, per quem stat, & quando plus, nu. 7. ubi latius, & nu. 9. & cur permittatur, & non pœna, uel pignus, nu. 7. & 9.
6 *Additio glossarum, & num. sequentibus.*
Obligatio non cadit in infantem, nisi fiat locupletior.
7 *Per retentionem nobis quandoque consulitur, quod aliàs non liceret, uer. ipse tamen,*
8 *A sponsalibus resiliendi quæ iusta causa.*

CAPVT XXIX,

1 GEmma mulier. Casus. In matrimoniis, & sponsalibus debet esse libertas: unde in eis promissio pœnæ non obligat. & duo facit. in prima parte ponit mulieris querelam. in secunda dat sibi iudicem. 2. ibi, cum itaque. Dicebat Host. si sub certa pœna à parte renuente committenda contrahuntur sponsalia; non potest peti, quia libera sunt matrimonia (*Contraxit*) spretis sponsalibus, quæ contraxerat cum filio. B. ut sequitur, Hostiē. (*Pœnam*) secus in legato relicto, ut cum tali contrahat. ff. de condi. & de. Titio, §. Titio, Vin. (*Ab ipsa*) scilicet G. filia, uel Gē-
2 ma matre. sicut enim inter † contrahentes non tenet pœnæ stipulatio, ita nec inter contrahentium parentes, & parentem accipe non solum eum qui habet in potestate personam, de qua agitur, prout accipitur. C de rei uxo. ac. l. 1. §. accedit. C. de pa. conuen, tam super do. ex morte. imò & illum, qui talibus in aliquo attinet, & quem res tangit, extraneum uerò illum, quem in nullo tangit. Hostien. (*Extorquere*) sonat in uitium,
3 Hostien. (*Libera† matrimonia*) contrahenda. 31. q. 2. ca. 2, de neptis, uel etiam dissoluenda. unde nec tenet pœnæ promissio, cum promisi vxorem de adulerio non accusare. C. de inuti. sti. l. 2. secundum Vincen. qui hoc no. supra eo. requisiuit. quod dic, ut supra de iureiurã. quemadmodum. & adde quod no. eo. c. tua. 2. Idem dixit hic, ubicunque stipulatio est contra bonos mores; ad hoc, infra de reg. iur. in malis, lib. 6. cum suis cõcor.: (*Ecclesiastica cen.*) sic recurritur ad iudiciũ ecclesiæ super pœna, quæ est accessoria matrimonii, sicut & super dote, de dona. inter ui. & uxo. de prudentia. Hosti,
4 ¶ Glo. 1. † ponit duas lecturas. secundum primam duplex est causa. iuxta secundam vna tantum. ¶ Vlt. glo. respondet per q. an teneat stipulatio arrharum, tenet
5 ꝙ sic. arguit in contrariũ. redit ad primum. ¶ *In† glo. 1. ibi, non dubium*) uide de fo. compe. si diligenti, super ulti. glo. ¶ *In glo. ulti. ibi, l. ulti.*) arrha potest in sponsalibus interuenire, & duplicatur per eum, per quem stat, & licet usque ad quadruplum stipulari (*& ibi, Titia*) inhonestum est matrimonia siue futura, siue cõtracta uinculo pœnę constringi (*& ibi. l. 2.*) incipit, libera. & vide
6 de iureiur. tua nos, super glo, 2. ¶ *In† glo. 1. ibi, non tenuit*) unde dicebat Goffre. quod tria faciunt, ne detur pœnæ exactio, libertas matrimonii, ut dixit tex. principale, quod non tenuit, ut dicit glo. Item ætas infantilis, in quam nõ cadit obligatio etiam naturalis. ff. de act. & ob. l. furiosus, uel nisi ex eo contractu pupillus fiat locupletior. ff. de condi. inde. naturalis. ¶ *In glo. ulti. ibi,*
7 *admittit*) hoc quando † stetit per dantem arrhas, Si uerò per recipientem, reddit duplicatas, nisi expressè dictum sit, quòd quadruplicatas, uel triplicatas reddat, C. de spon. mulier 1. respon. & §. quadrupli. Idem dicimus in pignoribus, cum pignora dicantur arrhæ, C. de remis. pigno. l. 1. Innocen. Hostien. dixit melius facere, infra de do. inter uj. & uxo. & si necesse, de arbi. exposita. Ipse tamen Hostien. per prædi. decre. & si necesse, dixit, infra de eo. qui cog. con. ueniens. 2. pignora hac occasione data retineri nõ posse. Guil. in specu. de spon. §. 1. igitur, in fi. dicit pignora interuenire posse, rationem reddẽs diuersitatis. quia qui tradit pignora, non se obligat, sed illa perdit, & sic per retentionem consulitur: sed pœnam promittẽs se obligat, & plerunque consulitur alicui per retentionem, cui non datur actio. ff. de do. ex. Paulus, & eadem ratio in arrhis potest reddi. Quod autem de pignoribus dicit, probat per l. ff. de ri. nu. si quis officium, & C. si re. pro. L. 1. per quam hoc bene probatur: & credo, ꝙ hanc. l. induxit Innocen. & uitio scriptoris fuerit corrupta. C. de remis. pi. quæ nil facit, Accur. In l. Titia. ff. de uerb. ob. quòd si pignus datur pro arrha, tenet, si pro pœna non tenet. unde dicebat Ia. de Are. si pignus constituitur per conuentionem, non tenet, sicut nec conuentio pœnæ: si per traditionẽ, tenet, sicut & traditio arrharum, ut scilicet sit pignus accipientis, si stat per dantem; uel si stat per accipientem, restituat duplicatum, uel si uterque dedit, is perdat, per quem stetit. Concordando opiniones æquè uidetur distingui in quan

titate

titate pignoris. ut infra dicam de quãtitate arrharum
sed an contractis sponsalibus per stipulationem agetur
ex stipulatu? gl. 2. in præ. l. Titia, dicit ꝙ sic ad inter
esse. & facit quod no. ff. de spon. l. 2. alibi dicit contrarium.
ff. de uerbo. obliga. si stipuler. & hoc communius
tenetur. aliàs sequeretur, quòd ageretur ad pœnam.
quanti interest contra hæc iura. argumen. ff. de
ser. ex. l. Titius. nec per hoc dico stipulationem inutilem,
quæ potest in arrhis aliquid operari, ut prædixi.
Dyo. distinguebat, aut agitur ad interesse ratione dãni:
& tunc in eo, quod abest, agi potest. quia non est
pœna respectu agentis, sed rei persecutio. aut agitur,
ratione lucri, quod futurũ erat ex matrimonio, quod
ei non adest, matrimonio nõ contracto. & tunc non
agitur, cum hæc species sit pœnæ, argum. ff. de fur. si
is cui. ff. de dam. infec. l. Proculus. sed cum per hoc im
pediatur libertas matrimonii, dicunt quidam, quòd
sibi debet imputare, cui damnum sustinet sciens. vel
8 scire debens, stipulationẽ non tenere [*& ibi, Iusta † causa*]
puta, quia alius, infra biennium nuptias exequi noluit.
C. de spon. l. 2. uel propter mortem alterius. C. eo.
arrhis. Item propter personam sponsi, cum quo matrimonium
interdicitur. C. eo. mulier. §. quem uerò,
& §. is quoque. Item propter minorem ætatem; unde
securius est parentibus dare. C. de spon. l. ulti. Inno.
[*& ibi, sed uidetur*] allegando dicit, quòd potest per ea,
quæ notauit de procura. accedens, in glo. 1. & de con
uer. coniu. ex parte 2. in 3. glo. & quod dicit, infra secũ
dum leges, intellige. 1. quia leges hoc dicunt, non ꝙ
intendat ponere ius diuersum inter canones, & leges,
& sic cesset reprehensio, quam facit Hosti. de hac glo.
9 [*& ibi, Quia eadem*] imo potest † esse ratio diuersi iuris:
quia pœna solum promittitur, arrha verò datur. & sic
faciliores sunt ad promittendum pœnam, quàm ad
soluendum arrhã. Item quia arrhæ solent dari in parua
quantitate: pœna uerò in magna quantitate promitti.
& ideo timore magnæ quantitatis soluendæ facilè
quis posset cõpelli. hanc rationem assignat Roff.
Hostien. dicit secundum utrunque ius arrham qua
druplicatam peti posse. Pęnam uerò quantumcunq;
stipulatam nõ. Rationem diuersitatis reddebat, quia
arrha datur, & in traditione rei suæ quilibet potest pa
ctum apponere. ff. de pac. l. in traditionibus. Item retinetur,
& saluatur, si sequatur matrimonium. In stipulatione
pœnę nil datur, & si contrahatur matrimo
nium, nulla retentio speratur. unde in arrha præsumpsit
lex, ꝙ cõtrahens amicabiliter inducatur propter
lucrum retentionis arrharũ ad matrimonium: in pœ
na uero non est liber consensus propter timorem incussum
ex stipulatione pęnali. repellatur ergo ut odiosa,
& arrha ut fauorabilis admittatur, & remittit ad sũ.
eo. titu. §. & unde dicatur. Satis parum urget hoc ultimum
dictum Hostien. cum & timor perdendi arrhas
uel restituendi quadruplatas uideatur etiam libertatem
impedire contractus & ad contrahendum inducere
aliàs non contracturum. quare communius approbatur.
1. ratio. & adde, quod dixi secundum Guil.
supra ea. gl. Sed quia iam uidi constitutionem arrharum,
& pignorum fieri in maximis quantitatibus, un
de iam uidi arrhas de quatuor millibus librarum, satis
mihi uidetur æquum ponderandam quantitatem
arrharum, & qualitatem personarũ. Si enim pauper
homo dat magnas arrhas, quis dubitat impediri per
hoc libertatem matrimonij? quare ponderata ratione
putarem non ualere. & eadem consideratione dicunt
quidam pœnæ stipulationem tenere, quando in
ter locupletes, uel magnates parua pœna promittitur,
& secundum istos lex ultima de spon. C. ponderauit
frequentiam actuum, uel quod communiter fieri
solet. inducunt. ff. de uerb. ob. si seruum, aliàs, si Stichum.
§. 1. & quod ibi no. In eo, quod dicitur pœnã
non peti, distinguit Vincen. aut fit stipulatio inter personam
habentes potestatem in illos, qui sponsalia cõ
trahunt; & tunc non ualet, ut hic, aut personas extraneas,
quæ nullam habent coerctionem in contrahentes,
& tunc valet. C. de indic. uidui. l. 1. ff. de condi. & de
mon. hæredes. §. 1. quia ratio huius decre. cessat, quia
dictæ personæ non possunt compellere contrahentes.
P. & hanc distinctionem Vincen. approbat Hosti.
quando extranei inter se bona fide faciunt sponsionem,
ut si duobus loquentibus de sponsalibus, unus
promittit. 10. si fiant, & alter totidẽ, si non fiant: secus
autem secundũ, eum si promittant sponsalia nomine
mulieris, adiecta pœna nomine suo: si non fiant: qa
tunc non tenet pęnæ promissio accessoria principali,
quod debet esse liberum. G. in l. Titia, ff. de uerb. ob.
a simpliciter [a] dicit inter extraneos tenere. Alii loquun
tur sic. aut unus coniugum promittit extraneo: tunc
promissio infirma. aut promittit extraneus extraneo;
& tunc refert, aut contrahere debentes sunt subiecti
promittentibus pęnas, & tunc eadem ratione nõ ualet.
ff. de in ius uocando. l. 1. & 2. aut non sunt subiecti.
& tunc aut est tanta coniunctio, uel amicitia inter ipsos,
quod non est uerisimile illos resilire à contractu;
& tunc idem. ff. de hære. insti. l. hæres meus, ad finem,
& hic. aut sunt omnino extranei: & tunc teneat pęnæ
b promissio. ff. de condi. & demonstra [b]. cum ita, & præalle.
l. 1. C. de indi. ui. sæpe. ut dicit etiam Abbas, experimentum,
quod ubi dubium est de obligatione cõ
promittentium, promittunt extranei. & uide quod
scripsi in speculo, de arbitris. §. 1. super uer. item quid
si compromissum, in supple. quæ incipit, Diuersi. tenuit
etiam ibi.

ANNOTATIONES.

a ¶Simpliciter. Vide ibi Bar. & Bal. & Sali. in l. si. de sponsa præalle. & an promissio pœnalis in matrimonio ualidetur in c. & quid in spirituali matrimonio an c. istud habeat locum, uide Barto. in d. l. Titia.

b ¶Demonstra. ad materiam facit, quod oo. doc. & Bal. in l. si quam. C. de ope. lib. & c. sciant, de ele. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per copulam subsecutam, & nu. 2.*
Matrimonium præsumptum præfertur uero in foro contentioso, & quando præsumatur, uel tale dicatur, non auditur contraria probatio, excepto casu, nu. 2. & nu. 4. in fi.
Eiusdem est effectus cuius est & uerum, dicitur fictum, nu. 4.
2 *Consentire quis dicitur etiam ipso facto.*
Generos duos de una filia quis facere non potest.
Etsi, pro quamuis.
Confessioni dicentium se coniuges non statur in præiudicium alterius matrimonij.
3 *Vis quæ excuset in foro contentioso, & quem.*
Fori contentiosi, & pænitentialis non idem iudicium, & nume. 2. & 4.
4 *Papæ potestas in matrimonijs, eique in utraque foro parendum.*
Inhabiles ad matrimonia qui reddantur.
5 *Vxores plures non licet habere, nisi per diuinam reuelationem.*
Iuramentum primum derogat secundo, & quando.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*
In præteritum præsumitur ex facto subsequenti, exempla hic.
Præsumptio iuris recipit probationem in contrarium, ex ultimo, exemplo hic, iuncta glossa, & nu. 8. ubi uide.
Chirographi cancellatio præsumptionem solutionis inducit.
6 *Additio glossarum.*
Præsumptio quotuplex, eiusque uirtus.

CAPVT XXX.



S qui. Caſus. Sponſalia † de futuro
tranſeunt in matrimonium
per carnalem copulam ſubſecutam, ſed
non per niſſum carnalis copulę tantum,
infra co.c.ulti. Dicebat Hoſtiē. præſumptum matri-
monium præfertur uero in foro contentioſo.& pri
mò ponit dictum.ſecundò ſoluit obſtaculū,ex quo
concludit. ibi,uel quia licet tertia ibi, Ex quo[*Mu
lieri*] iſta mulier poterat eſſe eius uxor, erat autem
ſponſa de futuro, & fuit cognita non mutato prio-
ri ſtatu, & eis manentibus in eodem propoſito, uel
ſaltem non proteſtantibus contrarium:aliàs per coi
tum non efficeretur matrimonium præſumptum,
& admitteretur probatio in contrarium,ſecundum
Vincen.Si uerò non interueniret coitus, ſed ſola co
habitatio, uel donaria, uel dotis conſtitutio, non
credit Vinc.ex hoc dici matrimonium præſumptū
ad hoc, infra de matrimo. cōtracto contra inter.ec.
c.1.& infra c.fi.nec ob.de deſpon. impu.c.uno, lib.6.
ubi ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium
per cohabitationem.ibi enim loquitur de ſponſali-
bus, quæ ſecundum mentem, & uerba contrahen-
tium erant de præſenti,licet iuris interpretatione in
telligantur de futuro, ſic & monacatio præſumitur
per cohabitationem, ſupra de regul.uidua. & ca.ex
parte. Concludebat autem Vinc.ꝙ quo caſu poſſet
verum matrimonium accuſari,poterit hoc prǽſum
ptum.& hoc intendebat decre.ꝙ contra matrimo-
nium tale non auditur probatio, quaſi iſta non in-
ducant matrimonium ut matrimonium, ſed cōtra
ſubſtantiam matrimonij,dicit tamen.ꝙ ſi uir forni-
catio affectu tantum mulierem cognouit, non eſt
in ueritate matrimonium, nec deberet remanere,
cum illa, ſed potius excommunicationem pati. ta-
men eccleſia ſtabit pro matrimonio præſumpto,&
filij cenſebuntur legitimi. & ſi ipſe contrahat cum
alia, cenſebitur bigamus, licet in ueritate nō ſit,nec
audietur probatio cōtra bigamiam, ſicut nec cōtra
matrimonium præſumptum, ſecundum Vin.[*Con-
trahendo*] & ſic fuiſſent ſimplicia ſponſalia,ſi non fuiſ
ſet ultra proceſſum,& ualuiſſet ſecūdum matrimo-
2 nium, infra c.proxi.Hoſtien.[*Subſecuta*] & ſic ipſo † fa
cto cōſentit. de hoc, ſupra co. tua.& ſic cum debeat
eſſe unus unius,cum alia contrahere non poteſt.vn
de vulgariter dicitur in Prouincia, non poteſt quis
de una filia facere duos generos, ſecundum Hoſtiē.
[*Et ſi*]pro quamuis(*Ad primam*) quo ad forum contē
tioſum, dummodò de ſponſalibus præcedentibus,
& copula conſtet non ſolum per confeſsionem eo
rum,quibus propter præiudicium ſequentis matri-
monii non crederetur. de eo qui cog. conſan.ſuper
eo,ſed euidenter per alios teſtes idoneos fiat fides,
infra de condi.ap.per tuas, ſecundum Hoſtien.Si er
go non poteſt fieri fides eccleſiæ de carnis copula,
manebit cum ſecunda. Impeditus, ſi in primam cō-
ſenſit per carnalem copulam. Expeditus uerò, ſi cū
ſentire non intendebat, ſecundum Hoſtien.Quia li-
cet diceret quis hoc iniquum, cum ſecundum ma-
trimonium ſit uerum,primum uero præſumptum,
& ueritas præferenda eſt opinioni,ad hoc reſponde
3 tur ſecundum Hoſti. (*Admittenda*) admitteretur † ta-
men pro parte mulieris, ſi diceret ſe oppreſſam, ſe-
cundum Hoſtien.abſoluta uero oppreſsio non po-
teſt eſſe in perſona uiri,& dixi,ſupra quod met. cau-
ſa ſacris, in q. r. licet conditionalis interuenire poſ-
ſit: quæ tamen in foro contentioſo non excuſabit
propter ſpontanea ſponſalia, quæ præceſſerunt. In
4 caſu tamen † iſto papa fingit, & præſumit matrimo-
nium eſſe, quod forte non eſt, & tunc aliter iudica-
remus in foro pœnitētiali,ſupra eo.tua.Si enim nul
lo modo conſenſit in primam, ſed in ſecundam. &
ſi papa ſit ſupra ius, tamen conſenſus volueře non
poteſt,nec contra conſcientiam hominem urgere,
per quod conſtitutio uidetur periculoſa.unde dice-
bat Hoſtien.papam debere ſubuenire per conſtitu-
tionem, ꝙ talis ſit inhabilis ad contrahendum cum
omni muliere præter illā, quam ſic decepit,& quod
ſi cum alia contrahat,non ſit matrimonium. habet
enim in talibus laxandis & reſtringendis poteſtatē,
infra de conſan. non debet. & rationabilior uidetur
ſibi hęc cā, quàm legalis cognatio, vel publica ho-
neſtas, per quam etiam redduntur inhabiles pueri,
qui plenum conſenſum non habent, de delic. pue-
ro.c.1. & ex quo eſſet hæc conſtitutio, in utroque
foro iudicaretur contra ſecundum matrimonium:
aliàs in foro pœnitentiali iudicabitur pro ſecundo.
Dixit autē poſſe huic periculo ſubueniri, prout no.
de condi.app.c.fi.Finaliter tamen dicit eſſe dicendū,
ꝙ in utroque foro obediendum eſt papæ:quia circa
matrimonium non cōſumatum ſine Dei offenſio-
ne ſtatuere poteſt, quod placet, ut no.& de conuer.
coniug. ex publico, & fatetur, ꝙ papa poteſt facere
conſtitutionem, quòd quicunque ſpōſam ſuam co
gnoſcit,hoc ipſo ſit eius:nec audiretur,qui poſt con
ſtitutionem illam cognoſcens uellet dicere, ꝙ non
conſenſit,ſicut nec audiretur,ſi per uerba de præſen
ti conſenſit, niſi uiolentiam probaret, uel aliud ra-
tionabile; non tamen poſſet facere ꝙ ſine conſenſu
expreſſo,uel tacito eſſet matrimonium; & ſic intel-
ligantur ſuperiora ſecundum eum[*Sequitur*] in foro
contentioſo, & ſi interdum durum ſit; quia ſic pla-
5 cet. 19.di.enim uero,Hoſtien.(*de facto*)de iure † non
licuit habere plures uxores niſi per diuinam reuela-
tionem,infra de diuor. quanto. ſic primum iuramē
tum licitum derogat ſecundo contrario, de iureiu-
ran.cum te.aliàs pacta nouiſsima &c.C.de pac.pacta
6 Phi.¶[Glo.2.† diſtinguit circa præſumptiones,quòd
alia iuris & de iure,alia hominis,alia naturæ, alia fa-
cti,& hæc duplex:alia iuris tantum. in fin. obiicit, &
7 ſoluit.¶[*In* † *glo.2.ibi,non eſt ueriſimile*] uide de præſum-
ptio.quanto, ſuper t.gl. [*& ibi,§. interdum circa finem*]
ſi filiusfami.recepit pecuniam,quam poſtea in rem
patris uertit,ceſſat Macedonianū,& ſi ab initio non
ad id acceperit(*& ibi.§.ſi quis uerò*)dic.quod lex,ſi qui
(*& ibi,chirographum*)cancellatio chirographi præſum
ptionem facit de ſolutione debiti,recipit tamen pro
8 bationem in contrarium. ¶[*In* † *gl.2.ibi, idem eſt*] cum
infra circa fi. glo. tractet de præſumptione iuris tan-
tum, patet, ꝙ has ſpecies eſſe diuerſas intendit: uel
forſan ponit præſumptionem iuris,ſi non adiicitur,
tantum, intelligi fictionem,uel de iure.Dicebat Ho
ſtien.quòd præſumptio iuris tantum dicitur iuſta,
ſed non omnino certa præſumptio à iure ſuper ali-
quo dubio inducta, firmata & informata ex aliqua
iuſta cauſa,ſed iuris & de iure eſt iuſta,indubitata,&
omnino certa præſumptio iure ſcripto ſine impro-
batione approbata. exempla proſequitur, remit-
tens ad ſum.de prǽſump. c.2.Guil. in ſpecul. de præ-
ſump.§.2. Præſumptionem iuris & de iure uocat ne
ceſſariam, ſic diſtinguens illam à temeraria, proba-
bili,& uiolenta,ibi uide(*& ibi, ſtipulata*) C.de rei uxo.
acti.l.una,circa prin. (*& ibi,fraternitatem*) ubi de hoc,
& l.diſtin.ferrum(*& ibi, uerisimile*) & ibi hæc glo. per
Accur. (*& ibi,ſcribam*)ubi de hoc articulo plenius,&
44.di.mulris(*& ibi;ſi chirographum*) & eſt ſi. de renun.
ſuper hoc,de prǽſump.quia ueriſimile.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium
etiam carnali copula conſummatum: ſed de futuro etiam .ue
rata*

rata de præsenti secuta soluuntur & nume. 5. De futuro quibus uerbis contrahantur, nu. 5.

3 *In matrimonio contrahendo an per responsum ex interuallo factum contrahatur.*

3 *Vter uir, an mulier ante interrogatur, & per quæ uerba interrogari, & responderi possit.*

Ex æquipollentibus quid fiat, non refert.

4 *Copula omnis non est matrimonialis, & quid operetur in matrimonio præsumpto, & competentibus duobus unum.*

6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*

Inuitus procurator quis dicatur.

8 *Additio glossarum.*

Iuramenti uinculo roboratum solidius subsistit.

CAPVT XXXI.

1 SI inter. Casus. Sponsalia† de præsenti non soluuntur per sequēs matrimonium etiam carnali copula cō summatum: sed sponsalia de futuro etiam iurata soluuntur per secuta sponsalia de præsenti, & satis patet, quòd duo sint dicta: secundum ibi, uerū

2 sit [*Vtroque*] si unus contrahentium† proferet hæc uerba, uel similia, & recesit ante responsū alterius qui postea respondet, quod matrimonio conuenit, uidetur, quod sit matrimonium. ff. de uer. ob. l. 1. §. 2. & lex dicit, ꝙ in his, quæ consensu contrahuntur. re spon. ex interuallo facta non nocet. ff. de uerb. ob. si stipuler. §. ulti. Guido dicit hanc glo. Rodo. quam tamen nondum inueni. & Bonagui. supra de spō. duo rum tuas, tenet contrarium, dicens in matrimonio hoc requiri, ꝙ contrahentes sibi inuicem respōdeāt ante, quàm ad alia diuertant, sicut est in aliis stipulationibus. ff. de uerbo. ob. continuus [*Meam*] not. ꝙ

3 † primo loqui debet, uel interrogari uir, concor. infra de spon. du. licet; tamen non est hoc de substantia, & Paduæ sectatur contrarium (*uerba*) in prima, non in tertia persona formata, supra eo. tua. sed dic, ut ibi, & sufficerent æquipolentia, ut in uiro dicenti hæc uerba, Accipio &c. mulier respondeat, placet, siue consentio, secundum Hostien. Idem Abb. qui dicit se sic uidisse iudicari bis, vnde & Luc. 2. Virgo Maria respondit, Fiat mihi secundum uerbum tuū, Verbum autem fuerat, Dominus tecum. nec refert quid ex æquipollentibus fiat, supra de testi. licet ex quadam, de consan. tua. secundum Hostien. (*Sed matrimonium*) imò uerius adulterium. Goff. (*Copula*) quia

4 † non omnis copula matrimonialis (*Subsecuta*) dixit hic Vincen. quòd parum operatur nisi in matrimonio præsumpto. tamen si duę mulieris petunt aliquē in uirum, & æqualiter probant, sed altera probat copulam, præsumetur pro illa, supra de proba. licet (*separari*) quatenus est de facto contractum. Goff. (*& primum*) dum tamen de eo per testes idoneos fiat fides, ut dictum est, supra ca. proxi. (*Recipiam*) dixit hic

5 † Vin. quòd per ista uerba: promitto, quod te despōsabo, non contrahuntur sponsalia etiam de futuro, sed promissio de sponsalibus contrahendis (*Similia*) puta contraham tecum, supra ca. proxi. & c. requisiuit. Innoc. (*Desponsauerat*) istam desponsationem uocat infra matrimonium, quia de præsenti, & inter personas aptas (*Separari*) arguit Hostien. si secundum matrimonium tollit sponsalia, quæ tenuerunt, quā to magis sponsalia deberet tollere, quæ non tenuerunt, nec consensum habuerunt, & faciat ad ea, quæ dicta sunt, supra c. proxi. (*Pœnitentia*) saluo eo, quod

6 dicitur, supra eo. sicut. ¶ Glo. 1. † arguit, allegd. duo iura, subdit signa suffice rei alle. in contrarium. ¶ Vlti-

7 ma glo. dat unum simile. ¶ *In* † *glo. 1. ibi, §. inuitum*) dicitur procurator inuitus, qui expressè non consentit (*& ibi, mutuo*) uide in ea. cum apud, super 1. glo. ¶ *In*

8 † *glo. 1. in fi.*] dic, ut infra de con. ser. c. ul. in ultima glo. ¶ *In glo. 3. in fin.*] solidius tamen subsistit, quod iuramenti uinculo roboratur. 22. q. 1. omne quod, Phi. ¶ *In glo. ulti. ibi, matrimonio*] & per secundum ustum solenne, infra de reg. qui post notum, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Adolescens hic accipitur pro maiori. 14.*

Matrimonium à puberibus quibus contrahatur, modis, & quomodo ab impuberibus, ut consumetur, nu. 2. & quid ipsum faciat, nu. 3. quod dicatur uerum, & quod præsumptum, nu. 6. & unde præsumatur, ibid.

2 *De copula carnali quomodo constet. & in dubio præsumitur.*

An conatus ponderetur, & nu. 5. & 7. & eius effectus in matrimonialibus, ibid.

4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*

6 *Ecclesia plerumque fallit, & fallitur.*

CAPVT XXXII.

1 ADolescens. Summatū est. §. eo. is qui. & ponit dictū causam interferens ibi, Cum qua. & † dic [*adolescens*] maior. 14. Inno. [*Desponsatam*] cum iā ambo essent puberes: quia tunc non fit matrimonium, nisi de præsenti consentiatur, uel carnalis copula interueniat: secus, si ante pubertatem sponsalia contraxisset: quia tunc per aduentum pubertatis, quæ cū talibus facta ratificat, diceretur uerū

2 matrimonium †, sicut no. infra ti. 1. attestationes. alii contradicunt, Inno. dic ut de despō. impu. c. uno, li. 6. [*De futuro*] secus ergo, si de præsenti. tunc enim si de sponsata fuisset legitimæ ætatis, statim tenuisset matrimonium, sicut tenuit cum secunda. & facit ꝑm Hosti. contra ea, quæ no. Ber. infra ti. c. 3. [*Non cogno*

2 *scens*] & de hoc† constat per confessionem: secus, si dubitaretur. §. eo. iuuenis: quia tunc præsumeretur pro carnis copula, infra ti. 1. continebatur. Inno. sed pone, ꝙ cum eam tentasset cognoscere, aperta fuit ianua mulieris, ita quòd uiri lancea mulieris claustrum est ingressa, non tamen fuit semen emissum, nunquid si postea contrahat per uerba de præsenti, ualet matrimonium? Dicas, ꝙ cum per seminis effusionem matrimonium consumari dicatur, cum non sit semen effusum cum prima, remanete cogitur cum secunda, sed certè hoc esset difficillimum perscrutari. stabitur ergo testimonio matronarum, quæ eam inspicient: & quia apertam inuenient, matrimonium iudicabunt. Vin. facit, quod no. 35. q. 3. extraordinaria. ubi dicit Io. quòd talis commixtio non inducit affinitatem, & si quis seminet in uas mulieris, & non intret, consumatur matrimonium, secundum Vin. quia carnis commixtio interuenit. tamen ecclesia, quæ non iudicat de occultis per aspectum iudicaret eam uirginem, nisi de conceptione & imprægnatione cōstaret secundum Abb. qui not. supra eo. is qui. & adde quod dicam, infra de eo. qui cog. con. uxo. sa. fraternitati [*Carnalia*] non consanguinea prioris: aliàs tunc nō ualuisset matrimoniū supra eo. sponsam, secundum Pet. [*Ex forma*] scilicet

3 uerborum, sicut supra eo. tua. vel. t. ex substantia tha bita ex consensu de præsenti, qui solus uerum facit

4 matrimonium. ¶ Vlti. † glo. no. effectum ponderan dum, non conatum, uel uerba. all. plura iura in con-

5 trarium. ¶ *In ulti. gl. ibi, si uoluntate*] uide de eo, qui mit. ca. 1. super 3. glo. [*& ibi d. 1. in fi.*] quid obsuit conatus, cum iniuria non habuit effectum (*& ibi, §. edocere*) uide in c. relatum, super 3. glo. (*& ibi, de extra cri. l. t.*) sollicitatores alienarum nuptiarum, & interpellatores matrimo-

matrimoniorum, & si effectum sceleris non sortiatur, propter libidinis uoluntatem extra ordinē puniatur (& ibi, si qua præ.po.l. t. in prin.) punitur. to.li.auri prædictus potestate, qui minas ꝑ nuptiis infert subiectæ, uel parentibus, etiā si nuptias non peregerit.
6 ¶ [In †gl. 2. in fi.] uel appellatur uerum illud, in quo uerus consensus & expressus intercedit hincinde. præsumptum illud, in quo & si in ueritate non consentiant cōtrahentes; ecclesia tamen eos interpretatur consensisse ex aliquibus probabilibus coniecturis, & ipsos distringit simul morari, ac si consensissent in quo ecclesia plerunq; fallit, & fallitur, de sen.exc. a nobis, 2. & de hoc, supra eo.is, qui. accidit autē hæc præsumptio quandoq; ex carnali copula, & de hoc supra eo.tua. aliquando ex traductione. ff. de spons. quæsitum. unde, sicut carnalis copula in uirgine, & corrupta cognita à uiro hanc præsumptionem in-
b ducit, sic in ea, quæ corrupta est, sola traductio [b], ar. supra eo, ueniens, de coniu. lepro. cā. fi. de proba. iurauit, de testi. spo. ex parte, nisi traduceretur inuita, & statim fugeret, supra eo. ad id, quod aliquando ex subarrhatione, ut no. infra ti. 1. c. fi. aliquando ex tentatione, ut no. infra ti. l. attestationes. aliquando ex conditione existente, infra de condi. appo. super eo, §. 1. aliquādo ex temporis diurnitate secundū quosdam, infra ti. t. de illis. 1. ubi de hoc, & supra eo. consultationi, Hostien. ¶ [In glo. ulti. ibi, §. cognitio] dic ut ibi [& in fi.] dic, ut supra de eo, qui mit. in pos. ca. in glo.
7 non tamen, ad dec. iuuenis, dic quòd † conatus sine effectu nō consumat matrimonium: quia hic opus est facto, ut dicitur de furto, quòd non contrahitur uerbo, uel scriptura, sed contractione, ff. de furtis, si quis uxori. §. neque uerbo: parit tamen, uel fortificat publicam honestatem, quæ ex consensu insurgit & honestatem respicit, non effectum, ut ibi. Hosti.

ANNOTATIONES.

a ¶ Matrimonium. Imò uidetur præsumptum, ex quo de expresso consensu non apparet. uide Io. And. super glo. 2.
b ¶ Traductio. Intelligitur, secundum quòd no. in glo. cum iam ambo, & in cap. 1. de despon. impu. li. 6. & supra eo. ad id quod alias illud uidetur falsum.

SUMMARIUM.

1 *Continuatio tituli.*
De desponsatione impuberū ubi alibi repetatur, & conueniat ei.

De desponsatione impuberum, Rub.

1 Viso † de sponsalibus in genere, submittit de specialibus spōsalibus, scilicet quę ab impuberibus cōtrahuntur, secundum Da. & Goff. uel secundum Host. quia de spon. præmisit, & certa ætas determinata est ad sponsalia contrahenda, ideo de ipsa submittit, ita, quòd dici potest, quòd de impedimentis matrimoniorum iam incipiat tractare. habetur materia, 30. q. 2. facit. 20. quęstio. 1. c. 1. & repetitur in 6. conuenit huic, supra ti. 1. tuæ, & infra de frigi. quod sedem.

SUMMARIUM.

1 *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, & pro pubere quando, uide nu. 4. 7. & 8.*
2 *Consensus expressus in matrimonio, excipitur casus.*
Quid in aliis.
3 *Voluntas quando discerni non potest in sponsalibus, & matrimoniis.*
Ex sponsalibus à patre pro filio contractis an oriatur publica honestas, tenent extraductione masculi ad habitationem cum fœmina, & quo casu, nu. 5.
Matrimonium pro sponsalibus.
4 *Venditio in facto consistit.*
Præsens pro futuro, enallage, uer. Inno. exponit.
5 *Traductio fit à uiro mulieris regulariter; aliquando secus est, & eius effectus.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*
Ad matrimonium filius à patre cogi non potest, & nu. 8.
8 *Additio glossarum.*
Filius uel filia à patre exhæredari non potest, ex eo quod ei non obtemperauit in contrahendo matrimonio, nisi in casu.
Legis, quæ patris, hic citatæ intellectus.
Debet, pro decet.

CAPUT I.



Va fraternitas. Casus.
1 Pater † pro filio impubere spōsalia contrahit, pro pubere nō, si non consentiat. & ponit. q. 2. rńsionē ibi, Quod dicimus. Dicebat Hosti. pater nomine filii adulti nō consentientis matrimonium contrahere non potest. Si autem nomine filii, cuius uoluntas discerni non potest, contraxerit, filium hoc ratificare decet [Adulto] impubere, de hoc, infra e. proxi. [Matrimonium] cum aliqua puella. Hos. [Facere] sup. pater [Aliquo modo] nec expreisè, nec tacitè, nec uerbo, nec facto. Hosti. [Consentit] dixit In-
2 no. necessarium † esse expressum consensum in matrimonio, supra ti. proxi. tuæ, & ꝙ in sponsalibus locum non habeat tacitus consensus, nisi cum contrahuntur à patre. ff. de spon. in spon. §. ulti. & §. licet. In aliis licet pro aliis contrahere possint, dixit necessarium expressum consensum, uel ratihabitionem, supra ti. proxi. ad id, quod. addens, ꝙ ratihabitio tacita sufficiet, de rē. spo. ex parte, & de hoc, infra eo. ti. cap. uno, ad fi. li. 6. [Potest autem] sic construe, potest autē pater, cui uult, ma. tradere filium nondum adultum [Voluntas. cuius discerni non potest] & post, q̄ filius &c. Hosti. [Adultum] infantem, uel minorem infantia [Cuius]
3 filii (Non † potest) etiam quò ad sponsalia, si intelligas de minore septennio: uel quò ad matrimonium, si intelligis de maiore, Host. (Pater) an ex sponsalibus, à patre pro filio contractis oriatur publica honestas dic, ut, infra eod. cap. uno, lib. 6. ibi uideas in glo. fin. (Matrimonio) i. sponsalibus, per quę ad matrimonium
4 peruenitur (Tradere) traditione † quæ in facto consistit: sed ipsum de iure non potest astringere, si nullo modo consentiat, ut supra, sicut est in spirituali, su-
a pra de regul. cum uirum, [a] & c. cum scimus. Inn exponit. i. tradendum promittere, & sic contrahuntur sponsalia. Pe. exponit. 1. sponsalia pro ipso contrahere (Filius) traditus & traductus. licet. n. communiter
5 traducatur sponsa; si tamen puer traditus † sit patri sponsæ, quod plerunque accidit, & adueniente legitima ætate non reclamauerit, tenent sponsalia, infra en. literas, & tunc propriè stat uerbum, debet. & secundum hoc expone, peruenerit, & non reclamauerit, infra eo. de illis. t. & c. seq. secundum Hostien.
6 ¶ Glo. 1. † respondet per quæstionem, quid si filius,
7 uel filia coactione patris &c. ¶ [In † gl. t. ibi, non cogitur] sequitur, filiusfam. uxorem ducere (& ibi nec filium) sequitur, fa. inuitum ad ducendum uxorem legum disciplina permittit (& ibi, filiofa.) sequitur, dissentiē-
8 te sponsalia eius nomine fieri non possunt. ¶ [In † glo. 1. ibi, si patre) non ob. ff. de regu. iur. uelle, ibi dicitur, uelle non creditur, qui obtemperat imperio patris, uel domini. illud quoad pœnam, ut ibi no. (& in fi.)
b ad l. potest dici, ꝙ filia nō potest contradicere patri

sine

ſine uitio ingratitudinis. vnde contradicens poteſt exhæredari.in auten.ut cum de ap.co.§.ſi alicui.colla.8.ſed matrimonium non teneret per prædicta.c. Goff.dixit Hoſti.eo ſolo,φ patri contradicit, filiam exhæredari non poſſe, niſi & turpem uitam elegerit, & hoc in eadem auct. dicit expreſſum. qd enim ſi contradicat, & religionem intret, pro certo & ex hoc non poterit exhæredari, in auctem.de ſan. epi.§. nullam,colla.9.ad hoc hiſtoria Rebeccæ,Gen. 24.c. nec ob.l.quæ partis,nam ibi exponitur, non poteſt. i. non debet, ex quo traducta perfecit ætatem, nec reclamauit.l.1. non decet, & ibi de hic. tamen litera, Non poteſt,non eſt ibi in tex. ¶ *In glo. 2.ibi,honeſtatis*] quaſi,debet,pro decet.ſi.C.de bo. quæ li.cum oportet.Hoſti.[*& in fi.*]de hoc de regula,cum uirum, in glo.paterna,& 25.q.3.c.1.

ANNOTATIONES.

a ¶Virum.Ibi uide Ioan.And.ſuper glo.paterna, & in c.2.in tex. in glo.ma.eo.ti.multo minus poteſt pater inuitis ſponſis ſponſalia diſſoluere,licet aliud iure ciuili.l. in poteſtate,ff.de ſponſ, & iſta inueſtigatio facit ad materiam. l. quoties, ff.ſo.ma.& ibi uide Bar.& in l.auia,C.de iure do.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ambo, uel alter coniungi non debent, niſi in caſu, & de cuius licentia, & ratio, nu.5.*
2 *Laicus quatenus & in quibus prælato ſuo ſubiaceat.*
Quilibet eſt eccleſiaſticus & quo ad qua.
Spiritualia proprijs tantùm miniſtranda.
Neceſſitas non habet legem, in fi.
3 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu.4.*
Nuptia, ſeu matrimonium in qua ætate licite contrahantur, & nu.5.& in hoc comparatur ſpirituali, nu.1.in fi.
5 *Ratio prohibitionis huius decretalis,§. in gloß.*

CAPVT II.

1 VBi non eſt C.Impuberes† ambo uel alter niſi pro bono pacis coniungi non debent. & intelli ge de honeſtate dictum.ponit inhibitionem,a qua neceſsitatis caſum excipit ibi,Niſi forte, unde dicebat Hoſtiē.ne ante legitimam ætatem aliqua coniungantur,diſtrictè pręcipitur,neceſsitas vrgens excipitur[*& infra*] nec matrimonium. 30.q. 3 ubi Goff.quod eſt pars huius,Hoſtien.[*Diſtrictus*]nō eſt igitur leue contrauenire,vt patet,ſupra de ele.dudum.2.in prin.Hoſ[*Neceſſitate*]& cognoſcet de hoc diœceſanus, qui poteſtatem habet,& debet habere ſcientiam hic diſcernendi,de conſan.& affi.c.1.Tales ergo ſine diœceſani licentia etiam ſponſalia nō debent contrahere,ut hic,& infra eo.continebatur, & cap.duo pueri,uer. porrò autem ſponſus, & in fi. nec contracta diſſolui, infra eo.acceſsit,& c.de illis, 1.& tribus, cap. ſequen. & ſupra de reſti. ſpo. ex parte, de eo, qui du.in ma.cap.2. Quod etiam in maioribus obſeruandum eſſet propter multa animarum pericula,ut ſupra tit.1.cum in tua, infra de clan.deſpon.capi.,fina. quod hodie minus bene ſeruatur.& in hoc ſit ſimile carnale matrimonium matrimonio ſpirituali, de quo patet, ſupra de præben. in Lateranenſi, de inſti. cap.3. de renun. admonet. ex his
2 † no.quòd ratione ſacramentorum intantum ſubiacet laicus prælato ſuo,quòd ſicut clericus non eſt recipiendus ſine literis ab extraneo, ſupra de cler. non reſi. fraternitati, ſic nec laicus, de parochi.nullus, infra de pœn. & remiſ. omnis.& expreſsè de laico dicitur, de con.diſt. 5. non oportet. 2.inde etiam laicus à proprio epiſcopo poſtulandus eſt, ut in illa præal.71.di.primatus.& ſic poteſt intelligi.c. primã ca. diſt. nam quo ad ſacramenta quilibet etiam laicus eccleſiaſticus eſt.& ibi exponi debet, eccleſiaſticus. i.Chriſtianus, argum.de diuor.gaudemus.2.reſpon.unde cauere debet ſacerdos, ne parochianam ſuam deſponſet extraneo, inconſulto curato ipſius uel econtra.& eſt ratio,quia licet ſit unum ouile reſpectu papæ,cui omnes immediatè ſubſunt, de ma.& obe. ſolitæ.§.pe.tamen ſub ipſo multa ſunt ouilia & multi paſtores,& quilibet cognoſcere debet ouē ſuam,& propriæ,non extraneæ curam habere,prouer.27.Glo. diligenter agnoſce uultum pecoris tui. Io.10. cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ, de his ouibus.6.q. 1. oues. tantum igitur proprijs ſunt pabula ſpiritualia miniſtranda,quod male prædicatur, & peius ſeruatur. & an in hoc uertatur animarum periculum, tu aduerte, & uide, ſupra ti. 1.cum in apoſtolica, de eo,qui du.in ma. ueniens. ſed qualiter hoc præiudicabit,uel cuſtodiet, qui ignorat? & adde,quod no.de pœ.& remiſ.omnis.ſed contra,ſupra de paro.ca.fina.ſolue,ut ibi.Hoſtien.[*Neceſſitate*] quæ legi non ſubiacet, infra de regu. iur. quod non eſt,cum ſuis concor. de præbē.niſi eſſent,de treu.&
3 pa.c.1. ¶ Pen. † glo.ponit duas lec.¶ *In glo. 2.ibi,mino-*
4 *rem*]uide ſupra ti. 1.ad id quod,ſuper glo.2. ¶ *In* † *glo. 2.ibi, 12.*]in fœmina.Nam lex dicit,quod nuptias nō poſſunt contrahere maſculi, niſi ſint puberes, nec fœminæ niſi uiri potentes,inſti. de nup.1.reſpon. & aliæ leges exponunt maſculum puberem,in 14.mulierem uiripotentem in 12.inſtl. de curat. 1.reſpon. & §.1.& qui.mo. fi.tut.1.reſpon.& §.1.& C.quando tu. uel cu. indecorā. nec dicas illud determinatum quò ad tutelas: quia idem in matrimonijs,ut in l.ſtatim alle. & ff. ut in poſ.le.l.pe.unde lex talem mulierem uiripotentem appellat; & ſi ante illud tempus cognoſcitur, dicitur immatura cognoſci.ff.de iniu. ſi ſtuprum,ſecundum Hoſti.[*& ibi. 14.*]adde,quod no.77.di.quicunque,in 1.glo.[*& ibi, Atteſtationes*]& c.ex literis, qui ma.ac.poſ.inſuper 27. q.1.nec aliqua ſupra de reg.ſignificatum, & c.ad noſtram. unde ſe-
5 cundum utrunque† ius matrimonium in tali ætate contractum,& ſi nunquam ſe cognoſcant, & naturalis frigiditas, nec aliud accidens impediat, tenet. nam tales ſunt apti ad cōſentiendum. & hoc ſolum ſufficit,ſupra ti.1.tuæ,ſecundum Hoſtien.¶ *In glo.matrimonialiter,in fi.*]dixit Innocen. etiam ideò prohiberi:quia timetur,ne per carnis copulam ſponſalia ratificentur,ſupra ti.1.iuuenis.Hoſtien.dixit,quòd per ſponſalia, ex quo tenent,impeditur quò ad ſponſos tota conſanguinitas hinc & inde.non eſt ergo tutū, nec utile,ſed damnoſum reipublicæ,argumen.ff.ſo.ma,l.1.tot uxores auferre ſponſo,& tot maritos ſpōſæ;quod fieret.ſi laxaretur, & non reſtringeretur in hoc licentia contrahendi ſecundum eum. ¶ *In glo.ulti.ibi,hoc quippe*]& ſupra de feriis c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Puberes qui dicantur, & nu.2.& 3.*
Pubertas quomodo probetur, & quomodo olim,& nunc.2.& quid ſit,ibid.& nu.4.in fi.plena quando ſit,nu.8.
Pubes quid.
Pudendorum inſpectio quibus caſibus non reuocata, & nu.7.8.
Corporis humani quæ loca pudibunda, nec nominanda, ac ſecreta, cir.fin.
2 *Lanugo quid in humano corpore.*
3 *Pubeſcere quid,in fi.*
Ad matrimonij contractum quæ ætas habilis in utroque ſexu, & num.5.
Generandi facultas, uel potentia quo tempore ſit homini, ibid.
6 *Epilogus,ſuffragium,& additio gloſſarum,num. 7.& 8.*

Coeundi impotens si uir sit quis iuris.
Adoptare qui possit & quot annis praecedere debet adoptandū.

CAPVT III.

1 PVberes. Puberes † sunt, qui ex habitu corporis generare,
& concipere possunt. Dicebat Ho. dicit,
unde pubes dicatur, & antiqnus modus
probandi pubertatem tacitē reprobatur. quō per te
stes pubertas probatur, qualiter ipso facto uiri po
tentia ante tēpus ostendatur[*A pube*]i. pudicitia Go.
q. d. pudore. Hosti. ſm quem ad probandam puber-
tatē antiquo tempore inspiciebantur loca secreta,
de quibus sequitur. unde & tales pudore afficieban-
tur unà cū inspicientibus. unde Iustinianus illo pro
bationis mō reprobato statuit pubertatē annorum
numero probari. C. qñ tu. uel cu. l. indecoram. insti.
qui. mo. tu. fi. in prin. unde, si imperatori hoc uisum
est pudibūdū, fortius & papæ. reprobat ergo, quod
quidam scripserunt, pubertatē non probari annorū
numero. concedit tamen, φ quò ad uirginitatis &
membri apti probationē fit hodie hæc inspectio. &
sic loquuntur iura inducta in fine ulti. glo. quod fit
ex nimia necessitate, quæ legē non habet, ut no. su-
pra c. proxi. ad probandā uerò pubertatem semper
sufficiunt anni, ut ibi dictum est[*Hæc loca*]quæ debēt
esse pudica. Tan. dicit Host. i. secreta, pudibunda, nō
nominanda. Quid. n. uerbis opus est? & c. C. de dona.
l. si certus est. & sic non est certiorandus. §. de elec. cū
inter uniuersas. & dicebat Pe. φ pro maiori parte se
culares, & regulares in illa practica sunt instructi. l.
2 di. tua[*Lanuginem*]i. † pilositatem. sed hæc est nedū pu-
dibunda, sed etiam falsa probatio, cum nec omnes
pilosi sint potentes. Host. [*Quidam*]dicit Host. sic con
tinuandum, & subaudiendū, probationem prędictā
tenebant antiqui: tamen quia ille modus probandi,
quia pudorosus & fallsus, non est approbandus. ideo
[*quidam*] Iustinianus. f. & iurisperiti, & Romani ponti
fices[*ex annis*]i. ex annorum numero[*pubertatem existi
mant*] i. potentiam naturæ conuenientē cōmunē &
rationabilē. & sequit expositiue[*eum*] f. masculum,
puberem existimant esse qui. 14. annos impleuit, su.
& illam uiripotentem, quæ. 12. annos impleuit, ut di-
3 ctum est, supra c. proxi. ſm eum[*Impleuit*]& 15. † atti
git, si masculus sit. & hoc supplet lex dicens, φ hi, qui
citius nuptias contrahunt, non minus 15. annorum
ad hoc procedunt, in auct. de tēpori. non so. pec. su-
per do. §. & liquidem, colla. 7. alii dicunt, sufficit. 14.
compleuisse. sed in hoc non instes, quia certū est, &
si compleuit. 14. attigit. 15. quia ingressus unius &c.
32. q. 1. cum renunciatur. Quid autem si de 14. annis
tres dies deficiunt? arguit, φ uidetur non nocere. C.
de erro. aduo. l. 3. & remittit ad ea, quæ dixit, insr. eo.
continebatur[*Pubescat*]id est signa pubertatis osten-
dat. T. [*certum est autem*] Hosti. sic continuat, quia ali-
4 qui † crederent, φ si ætas non sit impleta, non sit qs
aptus ad matrimonium, ideo submittit hunc uersū.
per quod intendit, φ licet dicta probatio sit sufficiēs
quò ad consentiendum, ut non sit ulterius expecta-
re necesse, non tamen quò ad carnale debitum red-
dendum, uel quo ad hoc, quin ætas illa possit præue
niri, & quin inter minores habitus cōtractus ualeat
cum copula. dicebat Inno. de habenre. 14. annos, &
non ualente coire fuit dubitatum, an matrimoniū
contrahere possit: sed de potente coire, licet minor
sit. 14. certum est, φ contrahere potest[*Pubertatem*]i.
probitatem, seu potentiam naturalem. Host. [*Osten-
dit*]q. d. hoc sciri non potest, nisi pręcedat opus, licet
5 enim non † præsumatur potens minor annis 14. uel

12. tamē hęc præsumptio non est iuris & de iure, re
cipit enim contrariā probationē: unde ex quo appa
ret de copula, liquet φ malitia, uel probitas supplet
ætatē, de quo dic. ut dicam. infra c. à nobis[*Generare*]
etiam si sit 9. annorum tantùm, sicut Gre. narrat in
dialogo, de illo, qui nutricē suam grauidauit, ut no.
20. q. 1. in sum. & dicam, infra de eo, qui cog. cō. c. vlt.
ubi uide plenius super 1. glo. ſm Host. qui etiam idē
dicit de puella, etiam si esset minor 7. annorū. dum-
6 modò discerneret, arg. supra ti. 1. iuuenis. sed si esset
rrium annorum, non credit matrimonium, cum ta-
lis nec discernat, nec consentiat, nec potest præsumi
consentire, sicut nec furiosus, supra ti. 1. dilectus, qa
talis furioso comparatur. ff. de arbi. diem proferre §.
coram. ff. ex qui. cau. in pos. ca. si pupillus. & breuiter
dicit, φ ex quo esset doli capax, semper diceret ma-
trimonium consumatum, cū & talis consentire pos
sit, insti. de ob. quæ ex deli. na. §. in summa. ff. ad Silla.
excipiuntur. infra de delic. pue. c. 1. [*Pariunt*]sup. uel
6 concipiunt. ¶ Glo. 2. † quærit, opi. ponit contrarium
& soluit. ¶ Vlti. glo. distinguit pubertatem matrimo
7 nii, & tutelæ ¶ *In † ulti. glo. indecoram*] corrigit ius anti-
quum, quo iubebantur inspici mares, ut in maribus
sicut in fœminis cursu annorum finiatur tutela, &
8 idem se. ¶ *In glo. 2. ibi, quidam*]hoc plus placet Inno. &
Host. tenet præcisè, nisi esset naturaliter frigidus, vel
maleficiatus. & sic intelligitur, infra de frigi. φ sedē,
lib. 6. (*& ibi, ar. contra*) melius diceret, sicut e conuerso:
quia ista iura probant, quòd legitimè factum nō ui-
tiatur per casum superuenientem, à quo non pote-
rat inchoari: de hoc, infra de reg. iuris, factum, lib. 6.
& sic non sunt directè contra. imò potius pro per
conuersum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere quis cum ea, quam uxore uiuente cognouit, non potest si machinata fuit in mortem uxoris, & quæ pœna, num. 2.*

2 *Fides mala arguitur secundæ ex scientia primæ tempore fidei datæ.*

3 *Ab initio quod non ualet, postea non conualescit.*

6 *Epilogus, & suffragium, & Additio glossarum.*

Machinatio an sola sufficiat in casu huius decretalis.

CAPVT III.

1 SVper hoc. Casus. Non † potest
quis cum illa contra
here, quam uxore uiuente cognouit, si
machinata fuit in mortem uxoris, præ-
mittit quæstionem, cui respondet ibi. Taliter, & not.
quòd hic papa aliter respondet, quam fuerit quæsi-
tum (*De facto*) quia de iure nihil agit. Inno. (*Adultera*)
per hoc patet, quòd fuerat cognita. Host. (*Sine fidem*)
nedum, si contraxit, ut præmisit, secundum Host. &
2 dic (*fidem*) s. de ea † ducenda post mortem legitimè se
cundum Innoc. & per hoc patet secundum Hostiē.
quòd postea bonam fidem habere nō potest, ut no.
j. c. ueniēs (*Prohibetur*) ita, ꝙ separari iubētur, & pœni
tentiā agere, & sine spe coniugii permanere ſm ea,
quæ no. inf. c. cū haberet. §. nostri. Ho. (*Perpetuo*) ar. ꝙ
3 † ab initio nō ualet, postea nō conualescit. de hoc. s.
c. px. quā gl. hic posuit Hostiē. (*Seruanda*) ad id, qđ dr.
de Dauid, & Bersabee, respōde, ut habetur. 31. q. 1. §.
4 sed obiicitur. ¶ G. 2. † exponit, & ponit op. quā repro
5 bat. secundo quærit, & soluit. ¶ *In † gl. 2. ibi. l. 1*] uide de
spon. c. fi. super ult. gl. (*& ibi, prospexit*) uide de feriis. c.
6 2. super. 1. gl. ¶ *In † gl. 1. ibi cognouit*) & hoc patet inf. dū
dicit, adultera. ¶ *In gl. 2. ibi, quod ita scriptum*) hic negat
scriptum esse, ꝙ sola machinatio sufficiat &. c. si quis
uiuente, expresse loquitur de occiso, & hic præsup-
ponit uxorem mortuam (*& ibi, in bello*) uel casu. T. &
Host. (*& in fi.*) T. & facit hæc gl. ad ea, quæ ibi dixi. Di-
cebat autem hic Inno. ꝙ machinatio sufficit sine co
pula, & sine fide data, & hanc intentionem habeat
in occidendo marito, & sic uidetur uelle Inn. ꝙ suf-
ficiat intentio, & facit, quod dicit gl. non eo proposi
to &c. & dictum Inno. placet etiam hoc Hostiē. qui
etiam remittit ad summam e. ti. uersi. idem etiam in-
tellexit Gof. & adde, quod dicam, infra c. significasti:
sed quid quid dicant hi doctores, tene, quod dixi in
præc. decre. infra de conuer. infidelium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vxorem secundam consciam qui duxit, uiuente prima etiam ab eo separata quò ad torum, à secunda separabitur etiam prima mortua.*
2 *Adulteram an uir possit abijcere, eamq; cognoscere.*
3 *Monacalem an mulier inuito uiro possit habitum suscipere.*
4 *Tori coniugalis separatione non soluitur matrimoniale uinculum.*
Adulterium committitur etiam separato toro.
Mulieribus quod liceat & quando ius ignorare.
Coniugum uno profitente non intelligitur alter profiteri, in fi.
8 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 6.*
Deprehensio an sufficiat, & quando.
Notorium intra. 8. dies probari debet; & sic de eo facienda fides.

CAPVT IIII.

1 
X litterarum. Casus. Qui uiuente † prima etiam ab eo separata quo ad thorum, secundam consciam duxit uxorem. etiam prima mortua separabitur a secūda. &. 1. ponitur cōsultatio. 2. responsio ibi, Fraternitati tuæ [*Assensu*] diuortij scilicet celebrato quò ad thorum, aliàs autē
2 non † posset abiicere secundum omnes. imò, ex quo certus est de adulterio, non debet illam cognoscere, nisi ipsa prima reconciliata, & quantum ad hoc ipsā posset abiicere secundum ea, quæ no. de adul. intelleximus. & in sum. de adul. §. quæ pœna, uersi. sed nunquid hoc fieri potest, & sic [*Accepit*] hæc non potuit,
3 uir aūt posset. Inn. [*Habitum*] an inuito † marito potuerunt hoc facere, no. infra de diuor. ex litteris, in ulti. glo. [*& ibi, & in. c. significasti*] super gl. 2. dicam, quod dixit hic Gofr. [*Monacalem*] non dicitur hic, an hæc mulier fuerit professa. & facit ad ea, quæ dicam in fi. [*Suscepit*] hoc non excusat, sed potius accusat, infra cap. prox. [*& infra*] quæris, an cum mortua sit prima, cum illa ualeat remanere, secundum Pe. & Abb. [*Illos. f.*] T. & superinductam [*Vir*] idem de muliere [*De adulterio*]
4 licet † enim lata fuerit sententia quò ad torum: uinculum tamen matrimoniale, ex quo semel tenuit, & consumatum fuit, solui non potuit, nisi per mortem in auct. de nupt. §. si uerò, coll. 4. in de diuor. quanto, §. nam & si. & ideò, quāuis fiat thori separatio, cōiuges tamen manent, quare adulterium committunt, si aliam personam admittant. 32. q. 1. dixit, &. ca. seq. & q. 2. unde, licet ista superinducta sciat sententiam latam propter adulterium, non excusatur: quia licet mulieribus liceat ius ignorare. ff. de prob. cum de indebito. §. 1. uersi. tamen hoc expressum est in iure, & non aliàs. C. de iur. & fac. igno. l. fi. non tamen licet ignorare euangelicam ueritatem clamantem, quos deus coniunxit &c. ut not. de spon. c. 1. non enim est probabilis ignorantia iuris naturalis. C. de in ius uo.
a [a] l. 2. Host. [*Aliam*] quia prima mortua erat, ut est dictum contra, inf. c. px. ibi soluitur [*Ducere*] ergo uno coniugum profitente non intelligitur alter profiteri. de hoc, supra de con. cō exparte. 1. & ibi dixi, quod
5 notat hic Gof. ¶ Glo. 1. † Respon. per quæstio. 2. per
6 contrarium. ¶ *In † glo. 1. ibi. §. ult.*] uide de sen. exc. officii. super. 1. glo. ¶ *In glo. 1 ibi. 2. & 3*] & supra de iud. cū non ab homine, ibi, depræhensus legitimè, atq; conuictus. & dixit Gof. hoc uerum, nisi per deprǣhēsionem res efficeretur notoria, & sic intelligitur. 31. di.
b [b] presbyter. idem Phi. hæc non placet Hostien. dummodo mulier hoc neget: quia iudici facienda est fides, & quia notorium infra. 8. dies probari debet, ut patet de excep. pia. §. si quis. li. 6. die propositionis nō computato, de sen. exc. solet. c. li. nisi hæc confiteretur mulier tanquam furiosa, infra de diuor. ex litteris, uel nisi publicè mœchus adhæreret mœchæ, infra cap. prox. & qui fi. sint leg. causam, quæ.

ANNOTATIONES.

a ¶ Ius uo. & uide bo. tex. in ista materia, & in. l. si adulterium cum incestu. §. qua re mulier. ff. de adul.
b ¶ 81. dist. Et idem uidetur gl. prima sentire in. c. cum non ab homine, præalle.

SVMMARIVM.

1 *Vxore qui uiuente legitima cum sum contraxit adultera, etiam prima mortua separabitur à secunda, nu. 3. & 8.*
2 *Diu, aduerbium decennium denotat.*
Longum tempus dicitur annorum decem.
Ob scandalum est grauis imponenda pœna.
3 *Cum, hic ponitur pro quia.*
Sacramentum pro iuramento.
4 *Huic decretali quæ alia non contradicant obiectæ.*
Cap. si quis uiuente, hic citatum in quo casu loquitur.
Machinationi quæ hic comparentur, cir. fin.
5 *Tempus debet diminuere de pœna, & quando.*
Dispensationem tempus, & proles quando inducant, quando non num. 7
Peccati diuturnitas quid operetur.
Proles facit euidentius peccatum, in fin. & quos excuset, circa medi.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 7.*
De alimentis à quibus, & quando sint facienda, ut à patre filijs, uel contra, uel à matre, uel ab alijs, & quibus. §. in glo. ultim. num. 9.
8 *Additio glossarum, num. 9.*
Fidem dare, quam de facto contrahere, quando plus sit, quando secus.
Fides sola data uiuente prima quando non dirimat, & supra nu. 3
9 *Lactare filios quas dedeceat.*
Filiorum debita soluere pater non tenetur.

CAPVT V.

1 CVm haberet. Casus. Qui † uiuente uxore legitima cum sua cōtraxit adulteræ, etiam prima mortua separabitur à secunda. & primo ponitur consultatio. in. 2. responsio, ibi. Tale igitur &c. dicebat Host. Io. M. adultere adhæret, quā abiurauerat, & cum ea de facto contraxit, Agatha legitima uiuente, quam reliquerat. qua mortua de illa, M. 10. filios procreauit, & cum ea per decennium habitauit; respondetur consulenti, ꝙ omnino ipsos diuidat, & utriq; perpetuam continentiam indicat. papa responsum suum auctoritatibus probat, dicēs, ꝙ multiplicitas prolis, & diuturnitas tēporis crimen exaggerat, non excusat: uterq; tamen iuxta suas facultates communem prolem alat [*Legitima*] secus si legitima non esset: quia tunc secūdum matrimoniū non separatur, supra c. 2. Hosti. [*Super hoc*] adulterio. s. commisso cum. M. [*Abiurauit*] sic, supra qui eler. uel uo. c. 2. Host. [*Adulteram*] & illa ipsum, ut patet in uer. & tādiu, secundum Host. [*Omnino*] & nedum quò ad
2 torum, sed etiam quò ad uinculum [*Diu*] s. per † decēnium, ut sequitur, aliter sumitur, de fideius. c. fin. ubi dixi de hoc, & ex hoc, & in fi. no. ꝙ lōgum tempus dicitur. 10. annorum. C. de præscript. lon. tēp. l. fi. & no. de consue. c. pe. Hosti. [*Præsumpsit*] contempsit in hoc ecclesiam, iuramentum, & populi scandalum, secūdum Host. [*Periurio*] per hoc patet, ꝙ uterq; abiurauerat secundum Host. [*Scandalo*] propter hoc solum esset grauis pœnitētia imponēda, ut supra de despō. impu. duo pueri, uersic. cum uerò [*Cum*] aduerbium
3 † uel coniunctio, & ponitur pro, quia. Abb. [*Eadem*]

pro-

proponitur in ui ablatiui absoluti. Abb. aliàs eidem [*Viuente*] hoc dicit, quia si non cognouisset illa, uiuēte, sed tantum post mortem, non impediretur matrimonium, infra. c. fi. [*Quasi*] hoc dicit, quia matrimonium esse non poterat. Inno. [*Sacramentum*] i. iuramētum. Go. [*Connubium*]. s. quod inter mœcham contrahitur. & sic bene inducuntur concor. Gre. sequentes
a Ho. [*Gregorius † papa*] 27. q. 1. c. 2. sed ibi loquitur. de spirituali coniugio uiolato. alij inducunt. 32. q. 7. Hi verò, qui vxores. sed ibi loquitur de illo, qui deprehensa uxore in adulterio contrahit cum alia. hæc de eo, qui contraxit cum illa, quam adulterio polluit. tamē ad materiam faciunt ad idem. 33. q. 1. requisisti. 27. q. 3. qui desponsatam. & illud Lucii. ea. q. de coniugali. uel forsan illud Gre. remansit extra corpus decretorum. si. no. infra de co. spi. c. 1. infra de ma. & obe. c. 2. de transla. c. 2. §. sed neq;. Hostien. [*Ac.*] subaudi, si de morte notetur. i. de machinatione mortis [*Perpetuo &c.*] in hac enim casu loquitur. c. siquis uiuente uerum, & si in alio casu loquatur, potest tamen hæc trahi in argumentum. q. d. tantum debet operari peccātis, siue peccati diuturnitas, periurium, & notoria ac præsumptuosa inobedientia, & populi scandalum, quantum machinatio, & sic hoc præceptum de cōjugio denegando non est secundum uerba, sed secūdum mentem, & interpræiationem. si. de transla. inter cor. §. sed neq;. Hosti. [*Nec aliquod*] quia crederent aliqui, quòd quæ sequuntur, istis prodesse deberent: ideò hoc submittit [*Susceperunt*] sed contra, quia tem-
5 pus † debet de pœna diminuere. ff. de pœnis, si diutino, non aggregare: quia nec contrectatione longioris temporis augmentatur. ff. de fur. ei qui. quinimo & tempus, & proles suscepta dispensationem inducunt, de coniu. ser. licet, & in aliis iuribus, quæ alleg. glo. So. quanto maiori tempore quis singularis est in peccato, tanto grauius peccat: quia quanto diutius inficitur anima, tanto amplius elongatur à deo, & debilitatur, & corrumpitur; & sic per cōsequens difficilius releuatur, & sic intelligo, quod hic sequitur, & supra de consue. c. ult. cum si. per hoc autē apparet, quòd ex eo parcendum est, & mitior pœnitētia imponenda: quia debilis in fine supportādus est, & leuiter trahēdus, infra de pœ & re. deus qui, & hoc innuit prædicta lex, si diutino. ff. de pœnis: maximè tamen parcendum est, quando non defendunt errorem, & multitudo est in causa, supra de temp. or. c. 2. 44. dist. commessationes. sic & lapsus temporis, & prolis susceptio inducunt dispensationē, ubi cōiuges in iure positiuo, uel in facto probabili errantes bona fide simul diu steterunt, & sic loquantur iura alle. in glo. Portò præsumptuosos ex certa sciētia delinquentes non excusat, sed accusat, ut hic. unde sequitur. Ita susceptæ. q. d. iam præsumptuosè, tā scienter cōtra deum, & iora, & iudicem, & vicinos. Secus ergo, ut innuit à contrario, si aliqua probabilis ignorantia posset excusare, uel attenuare delictum, secūdum Hosti. [*Exaggeres*] quia peccatum euidentius probatur, cuius proles est testis. 28. distin. priusquam, Ho
6 stien. ¶ Glo. 1. † signat contrarium, & soluit. ¶ Gloss. 3. obiicit, & dupliciter soluit. ¶ Vlti. glo. ponit regulam, quòd secundum facultates &c. & dat simile. secundo notat de alimentis filiorum, & parentum, ponens quatuor casus. quibus pater non tenetur alere filium. unde de ulti. signat contrarium ad textum, &
7 soluit. ¶ *In † gl. quandoq; ibi, aliàs diuus*] contraxerat ibi; quædam per iuris ignorantiam cum annuculo, & longo tempore cum illo manserat, & filios habuerant, imperator ibi dispensat circa statum liberorū. ¶ [*In gl. pen. ibi. l. una*] uide de conuer. infide. c. 2. in gl. ante pe. ¶ *In glo. ult. ibi si quis a liberis. 1. respon.*] competens iudex cogit patrem alere filium pro modo facultatum, &. §. sequens sic dicit, siquis ex his alere detrectet, pro modo facultatum alimenta constituentur. & idem duæ sequentes [*& ibi, non tantum*] ibi, dicitur, quòd pater non solum alimenta, sed etiam cætera liberorum onera per iudicem subire cogitur [*& ibi. §. utrum*] & l. pen. mater, & auus maternus alit filiūm, si pater non superest, aut egens est [*& ibi, auct. quemadmodum*] non habeo istam auct. sed in rub. in titu. præceden. diuort. facto &c. est auct. si pater, quæ dicit, quòd patre non idoneo mater locuples filios alit. & idem sequens. §. istud. unde sumpta fuit [*& ibi. §. ult.*] spuriis nulla participatur clementia, nec naturales vocari merentur, nec succedunt. & idem se. auct. ex complexu [*& ibi, licet patri, in fi.*] nati ex damnato coi-
8 tu non pascuntur. ¶ *In † gl. sic, infra ibi, dare*] ad hoc de spon. du. cap. 1. [*& in fi.*] tamen alio respectu plus est fidem dare, quam de facto contrahere. quia in primo casu non potest prætendi ignorantia. in secūdo sic infra eo. ueniens. Host. uel plus est hic processum, quia plus est. i. maius impedimentum est contrahere, & cognoscere, quam solam fidem dare, quia in casu etiam hoc posset ignorantia allegari, & teneret matrimonium, si aliud non interuenisset, puta quia non facta mentione, quod uxorem habeat, fidē simpliciter dat. ergo aliquid est fidem dare, quòd post mortem primæ ducetur in uxorem, & hic non potest ignorantia allegari. aliud, ubi potest habere bonam fidem. puta fide data simpliciter, & ideò dicit, quàm si fides duntaxat. q. d. sola, non expresso, quòd aliam uxorem habeat, sed simpliciter, supra de spon. c. 2. nec interueniente carnis copula, quia tunc dirimitur matrimonium, infra. c. fi. Ho. ¶ *In gl. iuramentum ibi non sufficit*] quare illud intelligatur de illicito coitu. & facit. quod no. 11. quæst. 3. quod prædecessor. 31. quæst. 1. illud. 35. quæstio. 9. quod quis [*& in fi.*] istud maximè, bene subaudiretur, si gloss. esset, super uer. sacramentum suum &c. ¶ [*In gl. quandoq; in fi.*] & infra de consan. & af. quia circa, dic ut dixi in textu, super
9 uersic. susceperunt. ¶ *In gl. ult. ibi, alimenta*] de † alimentis parentum, filiorum, patronorum, libertorum, tutorum, pupillorum, coniugum, & plurium talium uide satis in Spec. qui fi. sint legi. ubi multæ quæstiones de his formantur [*& ibi apud matrem*] hoc intelligit Ala. si non dedeceat matrem eum lactare. Idem Phi. pone, quia magna Principissa, uel forte post diuortium est professa [*& ibi, filios*] debita tamē eorum non tenentur soluere, ut in. l. siquis. §. parens. Innoc. Hostien. [*& ibi, ius naturale*] ubi idem no. [*& ibi, inter cæteras*] & supra de iureiurā cum quidam. 2. responso [*& ibi, per uenerabilem*] & 15. quæst. ultim. cum multæ [*& ibi, intelliguntur*] secundum Tan. [*& in fi.*] no. Host.
a de conuer. infide. cap. 2. lib. 6. [a] casus, in quibus pater non tenetur alere filium, quorum quattuor colligas ex hac gloss. scilicet si est minor triennio, & mater superest. si est inops, & mater abundat. si patrem accusauit. si est spurius. alii duo, cum contra patrem ingratitudinis causam committit. C. de alen li. si patrem. 1. respon. de epi. & cleri. auten, si captiui. & causæ illæ no. de iureiutan. quintauallis. Item si filius habet artem, uel aliter, unde uiuat. ff. de liber. agno. siquis à liberis. §. sed si filius. &. §. alimenta.

ANNOTATION S.

a ¶ Li. 6. per istum text. dat Bar. consilium, quomodo possit spurio relinqui. s. ut illi relinquantur aliqua pro alimentis, alios etiā modos explicat, de quo uide per ipsum in. l. fi. gener. C. de his qui ut indi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium siquis mortua uxore contrahat cum ea, quam uiuente uxore sine fidei datione cognouerat, tenet.*

2 *Mebi-*

2 *Machinatio alterius,mariti scilicet,uel meretricis,& contra quē sufficit,ut matrimonium cum meretrice non toleretur.*
Animus hic non consideratur, sed actus, cir.fin.
Ioannes de Deo scripsit quæstiones.
3 *Excommunicatus potest cōtrahere matrimonium etiam spirituale, & ordinis recipit characterem.*
In absolutione tantum iustè excommunicati forma ecclesiæ seruanda,ad uer.form.ecc.
4 *Epilogus, & suppletio glossarum.nu.5.*
Brachium seculare quo casu hic inuocabitur, in fin.

CAPVT VI.

1 SIgnificasti. C.Siquis † mortua uxore cōtrahat cū
ea,quam uiuente uxore sine fidei datio-
ne cognouerat,tenet matrimoniū.dum
modo in mortem defunctæ neuter fuerit machina-
tus.Communis,diuisio.2.ibi;Nos igitur[*Vxor*]legi-
tima, qua uiuente adhæserat meretrici[*Inquisitioni*]
qua scilicet quæsiuisti, utrum in tali casu sit pro ma-
trimonio, aliàs contra matrimonium iudicandum
2 [*Alter eorum*].s.maritus, uel meretrix.patet † ergo, ꝙ
si istorum alter machinatus fuit, matrimonium nō
tolerabitur,inmò contra ipsum indicabitur.ut hic,
& supra eo.super hoc,& infra.cap.proxi.Host. unde
dicebat Inno.quòd si uir in mortem suæ uxoris ma-
chinetur,adulteram,propter quam ducendam ma-
chinatus est, ducere non poterit,arg.31.qu.1.siquis.
multo fortius, si machinatus est in mortem mariti
concubinæ,quasi apertius ibi pateat causa machina
tionis.supra eo.super hoc,& uide,quod ibi dixi secū
dum cū[*Ea*]legitima.s.[*Fidem*]etiam sine iuramento
22.q.5.iuramenti,secundum Vin.Idem Guil. in Spe.
eo.tit.uersicu,quid si nec[*Dederit*]quia canon hoc ca
su non ponderat animum,sed actum,supra ca. prox.
& infra ca.ult.dixit Io.de deo li. 4. q.8. quòd licet uir
dicat se non habuisse animum ducendi illam, cum
sibi fidem dedit;nihilominus separabitur matrimo-
3 nium[*Excommunicato*]ergo † communicatus contra-
here potest matrimonium,argu.contra.95.di. illud,
ubi de hoc,in spe.de spon.§.1. uersicu. sed nunquid.
& tenet spirituale,quod contraxit profitendo.infra
de sentē. excom. cum illorum. recipit etiam ordinis
characterem, ut ibi[*Formam ecclesiæ*]quam habes de
sen. excom.a nobis.2.Gof.& no.ex hoc Inno. quòd
in absolutione etiam iniustè excommunicati seruā-
da sit forma.quod hic non colligitur, ut dixit Hosti.
cum iste iustè fuerit excommunicatus,& contrariū
est uerum,ut infra de sen.ex.sacro.§.pen.quando ta-
men excommunicatio tenet,seruanda est forma,de
4 sen.ex.cum desideres.¶ Vlt.† gl. obiicit, contra ob.
opponit,& soluit, ponit opi. quam obiectioni con-
5 cordat.¶[*In gloss.ult.ibi.alÿ dicunt*]T.& Vinc.Phi. Gofr.
[*& ibi,satis innuit*]facit.11.q.3.plerumq;,&.c.cum ali-
quis.uide,quod scripsi.de sen.exō. cum ope. c.1.li.6.
(*& in fi.*)2.gl.(*& in fi.*)si expediat,inuocetur brachiū
seculare,infra de maledi.cap.2.§.per temporalem,se
cundum Ho.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem si quis ducat secundam nesciam prima, mortua prima remanet cum secunda: excipitur numer.4. an pendente lite cum prima exiget debitum num 4.& .5.tamen nouo consensu opus est,aliter non est matrimonium,& quando dicantur denuo consentire,nu.7.8.*
Fides bona arguitur ex distantia loci.
2 *Mala quando,& .3.4. 6.*
Scientia ex quibus præsumitur nu.3.6.qui eam allegat, probare debet,nu.3.
Cum aduena,uel alienigena cōtrahere uolens matrimonium,quid agere ante debeat, & sui episcopi literas habere debet.
3 *Fori contentiosi,& animæ impar iudicium,nu.4. & .5.*
Certificatus ex quibus quis dicatur, nu.2.
4 *Credere quis non tenetur, nisi probetur.*
5 *Debitum coniugale pendente lite super inualiditate secundi matrimonÿ uter eorum,et quo casu possit exigere,& alter etiam excommunicatus non reddere,nu.6.*
Conscientiam quis sanam habere debet, licet quid non probetur, ut sit tutus,& supra nu.4.& infra nu.6.
Matrimonÿ contracti coram ecclesia, & clandestini diuersus effectus.
6 *Tutius quod est respectu animæ seruandum.*
7 *Suum quid dicitur ratione originis, non dominÿ.*
Ex præteritis iudicium fit de sequentibus.
Copula carnalis effectus,& nu.8.
Consentire,uel contra in matrimonialibus, ubi nouus interuenire debet consensus,quando dicantur,nu.8.
Ob deceptionem ecclesiæ agenda pœnitentia.
8 *Machinatio uiri,uel mulieris sufficit.*
9 *Epilogus, & additio glossarum,nu.10.*

CAPVT VII.

1 VEniens. C.Siquis † uiuente pri-
ma secundā huius rei ne
sciā ducat uxorem,mortua prima rema
neat cū secunda,ponit casum, quē deci-
dendū cōmittit;ibi Licet aūt(*Lemonicensi*)ex distantia
illius loci ad illū,ad quē trāsit,satis pōt cōiici ꝙ mu-
lier habere potuit bonam fidem,ar.de spon.cū apo-
stolica,de præsump.quosdam,&.c.se Host. (*Ab ea*) s.
ciuitate,uel uxore legitima (*Insciam*) omnino.supra
2 de rescrip.cum cōtingat.secus enim, si aliquo † mo-
do audiuisset uel per famam,uel per unum testē, ut
patet de spō.pterea.2.inf.de cōsan.sup eo,tunc enim
mittere debuit ad eū,sub quo militauerat, de spō.in
in præsentia.i.episcopū suū sine cuius litteris.& licē-
tia ɔhere non deberet.nec sine suis litteris trāsire. ut
no.de desp.imp.c.2.utinam fecisset papa constitutio
nem, quæ matrimonium aliter contractū,non uale
ret,sed quamdiu contrariū seruatur,non possum cō
tra matrimonia legitimè contracta sententiā dare,
3 sed † qui scientiā allegat,ipsam probet.ff.de pba. ne-
rius. quid si bona fide contraxerit, & uenit legitima
petens uirū,& secunda illū defendit;quicqd sit de iu
dicio aīæ,quò ad forū contentiosum ipsam excuso,
quādiu iste articulus esse pōt dubitabilis. s̄.ut li.pen.
laudabilē,de fri.fraternitatis,uer.nā si.hoc est quous
q; sentētia lata sit,uel fuerit plene certificata,uel per
litteras ordinarii,uel per pbationē plenè factam. ad
4 hoc de rescr.cū cōtingat,de eo.cle.uestra,sed † caueat
ex quo cōscientiā habebit,nō pmittat se aliquo mo-
do cognosci,alioquin perpetuò nō poterit esse uxor
sup.c.sup hoc.quid si ipse maritus ei reuelat, & in iu-
dicio cōfitetur,ꝙ illa est uxor legitima, quæ supue-
nit?Dicere poterit secūda se nō credere,ut patet de
eo,ꝙ cog.cō. sup eo. qd si maritus hæc cōfitetur sa-
cerdoti in pœnitētia, & facit uenire secundā, & sup
hoc per sacerdotē moneri. ipsa respōdet.ah pecca-
tor,nō diuiduntur hic mrimonia,corā episcopo p-
ba intētionē tuā.adhuc puto ipsam excusatam quo
ad ecclesiā militātē.Nā & omnia hęc possent in frau
5 dē ptocurari. & si † monita per sacerdotē non uult
abstinere,quo minus exigat debitū, pēdēte sup hoc
lite hoc facere poterit, dūmō habeat sanā cōsciām,
ut lit.pen. laudabilē.Maritus tamē si ueritatem dicit
nō reddat,sed potius excōem sustineat,de sen.ex.in-
quisitioni,ex quo enim corā ecclesia acquisitum est
ius,uel approbatio facta,sup.de clan.desp.c.2.requi-
situr

rigur, quòd certificetur, antequàm iudicetur adulterata de secundis nup. dominus. Si autem clandestinè contraxerit, nec est postea matrimonium per ecclesiam approbatum, quàm cito audit inde aliquid, debet à carnalibus amplexibus abstinere, ar. infra qui fi. sint legi. petlatum, & supra de clan. despon. cum inhibitio. §. si quis verò. & secundùm hoe inhibitio. de hoc no. in sum. eo. tit. de hoc etiam supra, vt lite
6 pen. laudabilem, quid † si recipit fidē à marito, quòd post mortem legitimæ in vxorem ducatur? decætero ignorantiam prętendere non poterit. Nam & per hoc patet, quod credit virum, aliam mulierem habere, & sic fiet interpretatio contra ipsam, vt no. supra eo. cum haberet. In omni tamen casu consulerem sibi, quod ab exactione debiti abstineret, ex quo exinde aliquid probabiliter audit, quia quod tutius & certius est, respectu animę semper seruandum est. de spon iuuenis, & infra de homici. ad audiētiam. Host. [*Eidem*] viro [*Propter hoc*] vt vxorē recuperaret, prout
7 sibi iniunctum fuerat [*Suam*] non † ratione dominij, sed originis [*Tanquam legitimæ*] ex quo in eam tāquàm in vxorem præsumitur cōsensisse: quia cum eam reliquisset, vt peccatū vitaret, non est verisimile, quod ad eam rediret, vt ipsam cognoscendo peccaret, se-
2 cundum Innoc†. dicebat Host. quòd, ex quo mulier certificata, de facto consensit in copulam, statim est matrimonium, quod innuitur ibi, quia tamen &c. Si verò secunda non fuisset certificata, non esset matrimonium, quod vtrinq; consensum requirit. 29. q. j. §. j. de spon. dudum. c. j. & 3. Si ergo mulier de veritate certificata abstineat à carnali copula, & ab alio cōsensu expresso, vel tacito, potest ad separationem intendere tuuito viro, supra c. j. in fi. Secus, si consensit in copulam, vt est dictū, secundùm Host. [*Et infra*] ordinarius sup tali matrimonio dubitauit. vnde misit virum ad sedem apostolicam pro habendo consilio [*Nequiuerit*] sic & primus consensus fuit omnino in illis [*Solutus*] de se. nup. c. pen. & vlti. [*Consentire*]
8 etiam ipso † facto per copulam, vt est dictum. Non enim est necesse, quòd eam de nouo desponset, vt quidam dicunt, aget tamen vir pœnitentiam: quia decepit ecclesiam, de sponsa. cum apostolica, secundùm Host. [*Machinatus*] vel secunda machinata. supra eo. super hoc [*Adhæreat*.] No. quia non dicit, quòd de nouo consentiat per verba expressa. sufficit ergo tacitus consensus, vt dixi secundùm Host. [*Concedatis*] & etiam compellatis. Inno. vel. i. concessam ostendatis: vel ideo dixit, quia prius debet vir penitere, vt præ-
9 dixi, secundùm Host. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, obseruare*] l. 4. est. vide hanc, & seq. l. j. §. j. supra de foro compe. ex tenore, super vlti. glo. ¶ *In glo. ult. ibi. l pen.*] vide, vt lite non conte. quoniam super glo. per famam. ¶ *In* † *glo. 2. in fine*] secundùm Ioan. ¶ *In glo. ult. in fine*] 32. q. 5. proposito, Gos.

ANNOTATIONES.

a † Inno. Facit, ff. pro so. l. meritò, cum iuribus, ibi alleg. & quod no. de spon. is qui.

SVMMARIVM.

1 *Fide bona ex scientia quis non est.*
Fides sola sine adulterio an dirimat matrimonium, numero 6. & 10.
2 *Machinatio cum effectu an sufficiat absque adulterio ad distrahendum matrimonium, nu. 5.*
3 *Vxore mortua legitima, quid si cognouit eam, cui legitima uiuente fidem dedit, num. 10.*
Quid si ante contraxit cum secunda, & demum cognoscit illam.
Quid si primam non cognouerat tempore contractus cum secunda, nunquid mortua prima, uel religionem intrante, remanere poterit cum secunda num. 5.
4 *Conatus copulæ an in casu huius decretalis, uel aliàs sufficiat.*
6 *Ad matrimonium dirimendum quot requirantur in casu huius constitutio.*
7 *Matrimonij impedimentum ex hac decretali perpetuum est, quā do toleranduum, num. 8. & 13.*
Confessioni coniugum non creditur in iudiciali foro.
Et quæ requirantur, num. 6. 8. & 13.
Eius diremptio à quo peti possit, ibid. num. 9.
8 *Filij ex coniugio, quod non ualet ob impedimentum huius decretalis, quando succedant, & qualiter à parentibus prouidendum eis.*
11 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum. nu. 12. & 13.*
Adimpleri alterum, quando duo requiruntur, non est satis.

CAPVT VIII.

SI quis vxore. Se sūmat, & qua si totum titulū. & sunt duæ partes. 2. ibi, Cæterum [*Fide*
1 † *data*] quòd post mortem primæ eum illa contraheret, postquam receptam bonam fidem habere non potest, ut dixi, supra capitu. proxi. Idem est, & si fides simpliciter data fuerit. qd dic, ut not. supra eo. cum haberet, uer. nosti [*Ductorum*] dixit hoc Phi. & Gos. quòd reprobatur hæc opinio. Host. qui dixit solam fidei dationem sine adulterio impedire matrimonium: quia de re non uacāte facta fuerat promissio, de eo nec sp. præben. c. 1. & 2. & idē dicebat de contractu, & de machinatione. Quid
2 † autem in machinatione dixerit hic Gos. dixi de cōuer. infi. c. t. Dixit enim, ꝙ etiam machinatio cum effectu non sufficit sine adulterio. & quia iura de hac materia loquentia satis hoc exprimunt, papa hoc exprimere non curauit. Hostien. uerò contrarium arguit, argumen. ff. de iudi. eum prætor, & supra de prę sumptio. nonne. Nam papa sciens hanc opinio. reprobando eam in duobus uidetur in tertio approbasse, aliàs hoc de machinatione faeilè iungere poterat: quia nec magnum pergameni spatium occuparet, ar. supra de transla. inter cor. ver. sed neque. de hoc supra eo. super hoc. Cum enim interfectorum coniugis sine machinatione generaliter prohibeatur cō trahere. 23. q. 2. inter fectores. de diuor. c. j. bene est, ut hac intentione interficiens cum illa non remaneat, quam tam nequiter concupiuit, argum. de transla. quanto. & dicit hoc expressum, de conuer. infide. c. 1. sed dic, ut ibi dixi [*Ipsa*] secunda [*Si nec ante*] fidem datam, uel matrimonium de facto contractum
3 [*Superstite*] quid si † mortua legitima cognouit eā non uiter alteri coniugatam: uel quid si mortua prima contraxit cum secunda, & demum cognoscit illam, cui fidem dederat viuente prima? satis videretur idē, argum. de peni. distin. 3. adhuc instant. 8. q. 1. in scripturis. ff. de libe. & post. placet, cum l. seq. ff. si cer. pet. l. singularia. & vide secundum articulum primæ partis quæstionis, quam disputaui de filio legitimato su per regula, sine culpa, de reg. iur. li. 6. [*Cognouit*] etiam
4 † si conatus fuisset cognoscere. supra de spon. c. vltimo, secundùm Vinc. Idem Guil. in Spec. eo. tit. ad fi. qui Vinc. etiam hic dicit, quod dato, quòd maritus cohabitet alti, etiam nudus cum nuda, non tamen coiuit, non potest fieri diuortium; alleg. in contrarium. 32. quæst. 1. dixit. Hostien. tamen in contrarium eius, quod dictum est, solum conatum non sufficere, allegat iura alle. in gl. in vet. an contra, respondens ad decre. vlti. de spō. ꝙ hic delinquebat, ibi non,

ad c.extraordinaria,respondet. ꝙ ibi non fiebat ten-
tatio maritali affectu:sed hoc solu. non uideo, quid
iuuet, unde dic melius. ꝙ ibi fiebat extra naturalia,
nec ob.secundum eum lex,quod quisque iuris:quia
loquitur in sentētiis,& statutis.in quibus uerba cum
effectu sunt accipienda,infra de uer.signifi.in his. er-
go aliud in delictis,vbi punitur affectus sine effectu.
Dicit tamen, ꝙ hoc terminare non audet:quia & in
delictis plerunque, non obest conatus, sed requiri-
tur affectus cum opere,de bigamis,nuper,& c.fin.&
patet in his,quæ not.supra eo.super hoc[*Eandem*]nec
5 machinatio† ab alterutro intercessit. Quid si primā
non cognouerat, quando contraxit cum secunda,
quam cognouit,nunquid mortua. Primam,uel reli
gionem intrante remanere poterit cum secunda?di
cunt quidam, ꝙ sic, argum. supra de biga. debitum.
33.distinct. Valentino,ex nouo consensu, supra cap.
proxi.Inno.contra,& bene,ut hic patet.& supra eo.
significasti,& c.cum haberet,& infra de eo,qui cog.
con.discretionem.Host.idem & Guil.in Spe.eo.iiiu.
in fi.& est casus, supra c.2. licet quidam dicant con-
trarium & malè. dicentes, ꝙ sicut ad efficaciam hu-
ius impedimēti requiritur fides, uel matrimonium
cùm copula, sic requiritur. ꝙ copula interuenit cū
prima[*Cum ea*] cui fidem dederat:aliàs cū qua de fa-
cto cōtraxerat[*Si prius*] quàm fidem daret, vel de fa-
6 cto contraheret, & per hoc † patet duo esse necessa-
ria coniunctim ad matrimonium dirimendū,fides,
& copula.matrimonium de facto cōtractum, & co
pula. Sola ergo copula non dirimit, nec sola fides,
uel matrimonium de facto,ut hoc, supra eo.signifi-
a casti',secundū omnes. Host. dicit adhuc requiri ter-
tium,scilicet ꝙ inter primo coniunctos nō subsit ca
nonicum impedimentum:aliàs cōtra, de spon.cum
in apostolica.& quartum,scilicet mala fides:aliàs cō
tra,sup.c.proxi.& c.1. secundum Host. qui etiam re-
mittit ad ea,quæ no.in sum.eo.tit.Istud autē impedi
7 mentum †est perpetuum. Vnde, etiam si recederent
expressè ab antiquo consensu, & de nouo consenti-
rent,non esset matrimonium, sup.eo. super hoc. in
foro tamen iudiciali non crederetur coniugibus e-
tiam ambobus, si dicerent inter eos adulterium, &
fidem præcessisse,de eo,qui co.con.super eo.in foro
tamen pœnitentiali crederetur, & si aliter non pro-
barent,& tunc,quantumcunque ecclesia hoc præci
piat,non debent commisceri,de sent.excom.inquisi
8 tioni.De filiis† autem ex secundo tali coniugio geni
tis,dicebat Pe. ꝙ ex quo impedimentum occultum
erat,& probari non potest,succedent cum legitimis.
poterunt tamen secundum eum parentes prouide-
re ponendo illos in aliquo monasterio mēdicanti:
quia aliàs succederent parentibus,C. de episc. & cle-
ri.omnes. & si hoc facere non possunt, instituāt eos
in modica quantitate,& illi non poterunt agere nisi
ad supplementum,C.de inoffi.testa.omnino,secun-
dum Pe.de Samp.& uide quod dicam in simili quæ-
stione,de pœnit.officii[*Tolerari non debet*] tertio pro-
uocante, & petente diuortium,secundum Hoff.be-
ne, qui dicit in libel. suo titu. de spon. & matri. ner.
9 quintum impedimentum, ꝙ† alter contrahentium
hoc casu non audiretur contra reliquum prouocā-
do ad diuortium, cum sint in pari delicto. & sic nil
Iudæus Iudæo &c. C.de inoffic.testa.l.in arena,ff.ne
quid in loco,pu.l.2.§. si quis in loco. dicit tamen, ꝙ
quilibet de populo poterit libellum offerre, in quo
narrando factum petet diuortium.tu dic etiam alie
rum propter periculum animæ prouocantem audi-
ri,de re iudi.lator, ubi de hoc, in gloss.1. & capitulo
consanguinei, & de præsumptio.tertio, ubi de hoc,
10 in glossa secunda[*Dum uixit*] si igitur † illa mortua
cognoscat illam, cui prius fidem dederat per id non
dirimetur matrimonium inter eos per hanc literā;
quod intelligas saluo eo,quod dixi,super uer.super-
stite[*Vxor*] etiam incognita, ut supra dixi[*Illa in*] cui
fidem dederat, uel cum qua de facto contraxerat.
11 ¶Gloss.1.† arguit non nocere &c. allega.tria iura,&
6.in contrarium. finis respondet per quæstionem.
12 ¶[*In† glo.1.ibi,l.1.in fine*] uide in præ.c.fi.de spon. super
13 ultima glossa. ¶[*In† glo.1.ibi, & ita est,arg.*] dicit Host.
quòd istud,arg.non colligitur hic.nam ad inducen-
dum hoc impedimentum requiruntur duo, scilicet
fidei datio, aut contractus de præsenti, quorum u-
trunq; est hic perfectum.aliud, scilicet carnis copu-
la,quod forte non est attentatum.unde nota, quòd
quando duo requiruntur, alterum quorum per se
non sufficit, non est satis alterum adimpleri,de hoc
supra de rescri.ex parte.1. ¶[*In ea.gl.ibi,iuuenis*]de hoc,
supra de eo,qui in poss.c.1.

ANNOTATIONES.

a ¶ Significasti. Ibi est casus de hoc, & ibi vide Io. An.& glo.no. expressum.& vide Ioan.An.in Spec.infra allega.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Lepra dirimit sponsalia, non matrimonium.
De leprosis ubi tractetur, quod huic titulo conueniat, uel alia de causa.

De coniugio leprosorum. Rub.

1 ¶Viso† de quibusdā impedimentis matrimonio-
rum,de impedimento morbi lepræ submittit,quod
licet dirimat sponsalia, tamen matrimoniū non dis-
soluit,ut infra per totum,secundum Goff.& Hostiē.
ad hoc,facit.32.quæstio.5.si uxorem. 33.quæstio.2.
hoc ipsum,conuenit titulo, de iureiuran. quemad-
modū, uer. quod si quam plura iura de leprosis lo-
quuntur,sed non faciunt ad titulum,sicut de cor.ui
cia.ex parte,de cleri.ægro.c.2.& 3. de cōuer. coniug.
ex parte.2.de ec.ædifi. facit,infra qui fin.sint legi.per
uenerabilem, ad finem, de quatuor generibus le-
præ, uide in text.& gloss.de pœniten. distinct.1.§. ex
his,uer. Moysi, quoque.

SVMMARIVM.

1 *Leprosus,matrimonium contrahere potest. ad dominum communione separatur,nu.2.an talem teneatur sequi uirum uxor,nume.7.*
Lepra non dirimit matrimonium, imò sanus ea infecto debitum reddere tenetur,præterquàm in casu,nu.3.& 6.& 7.
Soluit sponsalia tamen de futuro.
2 *Caro una, ut intelligantur esse uir & uxor, & quando sint, nume.3.*
4 *Epilogus,& suffragium glossarum, nu.5.*
Diutius aduerbium,quantum temporis comprehendat, nu.6.
6 *Suppletio, uel additio glossarum.*

CAPVT I.

PEruenit. Tota rubrica in summa hoc in-
1 tendit. Leprosus† matrimoniū
contrahere potest, & lepra su-
perueniens non dirimit matrimo
nium. imò sanus infirmo te-
netur reddere debitum, nisi ad
continētiā possint induci.Sol-
uit tamen sponsalia de futuro,& diuiditur hęc decr.

in

in duas partes.prima narrat cafum. fecundo diffiniẽ dum committit.ibi,Quoniam igitur. circa hanc decre.dicebat Hoftien.de confuetudine leprofus extra communem habitationem hominum ponitur.nec ipfum uxor fequitur:ad fequendum monetur: fi nō poteft induci,& uterque uult continentiā promitte re,recipitur:fi continentiā promiffam alteruter uiolat, excommunicatur (*Generali*) ideft generalisfima.
2 nam ubique terrarum fic feruatur, & feruari debet propter timorem infectionis, argumē.de fta.mona. ea,quæ,§.1.de quo dic,ut not.fupra de confu.cum di lectus,§.2.ad fi.Hoftien.(*Vna caro*) ideft ad unam car-
3 nem procreandam coniuncti (*Sint*) poft carnis† copulam, fupra de conuer. coniuga. ad apoftolicam. uel ibi effe debent, ex quo de præfenti contraxerūt, quicquid eis acciderit poft contractum,ut fequitur, & infra capitu.proxi.fecundum Hoftien.(*Ad hoc*)fcilicet ut debitum reddat.Hoftien.(*Eis*) uolentibus, & confentientibus.Hoftien.(*Seruent*)ideft fe feruaturos uoueant.aliter non debet fuftineri, quod uiuant feparati. fecundum Ala. uel dic, quod eft comparatiua permisfio,fiue difpenfatio.Vincen.(*Mandatum*) ab eis fponte receptum de feruanda continentia. Hoftien (*Contempferint*) & adulterium commiferint.Hoftien(*Excommunicationis*) feruandæ,quoufque præfentiam agent,fupra de fpon.ad audientiam,in fine.Ho
4 ftien.¶ Gloff.4 refpondet per quæftionem. ¶ Vltima gloff.fuccesfiuè de duobus quærit, & foluit. ¶ *In*
5 †,*lo.4. ibi,l.1 §.ait prætor*) uide in præ.decre. de caufis, fuper gloff.fin.(*& ibi,cum domini horreorum*)fi dominus per biennium non apparuit. & non foluit cōductor horrei.uel infulæ, licitè petit dominus illa aperiri, & per publicas perfonas illa,quę funt intus,defcribi(*& ibi,quod dicitur*)aliàs,quod dictum poft multum temporis.ideft poft quinquennium feparatio bonorum peti non poteft. ¶ *In glo pen.ibi,quod nifi,in fine*) incipit, §.fi ex prouincia.uide,de fpon.de illis, fuper 1.gloff.
6 ¶ *In*†*glo.1.ibi.ueteris teftamenti*) Nume.duodecimo ¶ *In glo.hic non, in fine*) quandoque , ufque ad decenninm, fupra tit.1.cum haberet. adde,quod dixi, de fideiuf. capitulo fina.dixit Hoftien. hoc,Diutius.intelligendum, quoufque querela ad iudicem perueniat, uel fibi notoriè liqueat,quod uiuant incontinenter.Nā fi fimul uiuentes continenter uiuunt, nec unus alius impedit,ecclefia fuftinebit.trigefimatertia quęftione quinta. quod deo.idem, fi feparatim uiuant, ut fequitur. fed adulterio patente, ex officio præfiget diem, quo fimul maneant, fupra de offi. ord.c.
7 †.fecundum Hofti. ¶ *In*† *glo.no.quòd,in fine*)
a Ala.fi ergo transfert domicilium, femper fequatur eum,de parochia,capitulo fina. fecundum Hoftien. ¶ *In gl.nunquid,ibi, non fraudet ur*) propter uiri diftātiam. Ala. (*& ibi, lui iuris*) ut plus contineat.R. (*& ibi, compelletur*) argumen. contra prima, quæftione prima, uerum , ubi de hoc, & plenius, trigefimafecunda quæftione quinta,fi uxorem quis.Mel.dicebat, φ licet fanus teneatur reddere,non debet compelli,arg. canonis,& l.alleg.in fi.præ.glo.& uide,quod dicam, infra capitulo proxi. in fine.

ANNOTATIONES.

a ¶Secundum Ala.Vide Bart.in l.Mœuia, §.fin.ff.de annu. leg. & Cyn.Sali.& Bald.in l.pen.C.de ope.libe.

SVMMARIVM.

1 *Propter lepram matrimonium non feparatur: fecus in fpirituali, nume.7.*

Leprofus contrahere ipfum poteft , eique foluendum eft debitum.

Vxorem dimittere quibus cafibus liceat, uer.excepta caufa, & nume.7.

Coniuges participare inuicem cafus fortuitos præ cæteris humanum eft.

2 *Afflictio afflicto non addenda.*

Deus non fecit ullum, cui non prouideat.

Infelix uix eft,quin fuam inueniat infelicem.

3 *Debitum coniugale tenetur alteri alter coniugum reddere, nifi in cafibus,& quibus,nu.9. & ad hoc poteft ab ecclefia cogi ,fed non femper,num.4.*

5 *Epilogus,& fuffragium gloffarum. nu.6.*

Tutor effe non definit,qui caufa reipublicæ abeft.

Indefinita non æquipollet uniuerfali femper , §. in glo. penul. & num.8.

Mos teftatoris, & regionis ponderandus.

7 *Additio gloffarum.*

Principis excipitur interpretatio.

De fimilibus ad fimilia in iure proceditur.

CAPVT II.



Voniam. Summarium eft in c.fupra proxi & funt tria dicta.fecundū ibi.leprofi.tertiū ibi,quod
1 fi.& fic fumabat Hoft.propter†lepram matrimonium contractum non feparatur: leprofus contrahere poteft matrimonium : quia nec prohibetur: foluendum eft debitum leprofo ex præcepto apoftoli, contra quod occafione lepræ nulla datur exceptio[*Excepta causa*] ex hac ergo caufa licet. 32. quæft. i. dominus. de hoc infra de diuor. fignificafti. Hoftiē [*Vxorem*]poft matrimonium confummatum, fed nec ante.nifi in cafu,de conuer.coniu. uerum.& c. ex publico [*Grani*] qualicunque , etiam fi oculos, vel nafum amitteret.vel paralytica fieret: nihil enim tam humanum.quam coniuges adinuicem participare tales cafus fortuitos.ff.folu.mat. fi cum dotem. §.fi maritus. Hoftiē.[*Separanda*] per ecclefiam[*Dimit-*
2 *tenda*] per virum. non enim †addenda eft afflictio afflictæ.7.q.i.cum percusfio[*Inuenerint*] non facit Deus aliquem cui non prouideat. Vnde dicebat Hoft.fe vidiffe de facto. quod tales inueniant vxores : quia vix eft aliquis infelix, quin fuā inueniat infelicem [*Apoftoli*,]prim. ad Chorin.7.ibi: vir non habet &c. & no-
3 lite fraudare & c.[*In hoc cafu*]fcilicet occafione†lepræ. Poffet enim effe alia caufa iufta.puta fi remordet cōfcientia, de fen. exc. inquifitioni, vel quia ecclefia ex caufa hoc inhibet, de matrimonio contracto contra inter ec.cap.2. & 3. & fupra de fpon. cum in apoftolica, & ex caufa fornicationis carnalis. fupra eo.c. & fpiritualis,de diuor.quęfiuit,& c.quanto.fed,nunquid competit exceptio dierum,vel locorum facrorum? dic quod non. nam quamuis petens peccet, & inducendus fit ad defiftendum ; fi tamē omnino infiftat, modis omnibus reddi debet. 32.quæft.2. §.his ita refpondetur, & capitulis feq. & 33.quæft.5. quafi per totum ; quod dic, vt no.in fum.de fpon. fub rubrica de matrimonijs. §. quis fit effectus. verfic. fed nunquid peccant coniuges,& fc.Hoftien.[*Inuenitur.*]
4 Dixit †hoc Hoft. quod quamuis ecclefia diftringere debeat non foluentem debitum;tamen fi vir propter errorem, vel alia de caufa nullo modo poteft reddere debitum , licet excommunicetur ab ecclefia,fententia non ligabit eum quo ad Deum. & fi de hoc conftaret ecclefiæ,non deberet contra eum fententiam dare , fed datam potius relaxare: quia non debet ligare ad impoffibile. ff. de regu. iur. impoffibilium , & fupra de foluto. Odoardus. ¶ Gloffa
5 fecunda † refpondet per contrarium. Glo. tertia,al. lo. And. fuper 4. Decre. E 2 le

le.7.concor. signat unum contrariũ, & ibi remittit.
¶Penul.gloss. ponit Bro. de generali, & de indefini-
ta.ad primum alleg.8.iura.ad secundum. 5. demum
contra secundum allega.tria iura. contra primum,
quinque. soluit utrunque. ¶Vltima glo.alle.6.con-
6 cor.signat unum contrarium. ¶*In gl.3 ibi,nec ille*]da
tur curator in locum tutoris, qui reipublicæ causa
abest:nec ille per hoc desinit esse tutor. ¶*In gl.pen,ibi,*
procurator cui] uide, de rescrip. ex parte decani. super
glo.& ita [*& ibi,§ Lucius*] uide. de præben.dilecto, in
glo.2.[*& ibi,si seruitus*] uide in c. quia circa, super ult.
gloss.[*& ibi,pluribus*] uide, de sent.exc. cum pro cau-
sa,super ult.glo. [*& ibi, non aliter §.1.*] si testator lega-
uit iuuenes, quos in ministerio habebat, mos testa-
toris,& regionis ponderabitur: aliàs uidetur intelli-
gendum de his, qui excedunt adolescẽtiam, nec dũ
sunt inter senes computandi [*& ibi, scientiam*] uim ui
defendere omnes leges &c.[*& ibi,obligatione*]uide,de
priuileg.pastoralis,super ult.glo. [*& ibi,age cum Gemi-*
7 *niano*] uide,de transla.c.1.super glo.2.¶*In glo.32.quæ-*
stio.7. in fine] dicebat Hostien. aliud in carnali matri-
monio,ut hic,aliud in uinculo ecclesiæ, & simplicis
sacerdotis,ut ibi. Ratio,quia primum de iure natura
li:secundum de iure canonico,arg.de consuetu.c.fi.
de spon.duo.c.fi. item in carnali non imminet peri
culum nisi uni personæ, quæ se ab initio uoluntariè
obligauit,& qui contraxit,suspicari debuit hoc eue
nire posse. In spirituali uerò imminet periculũ plu-
ribus.qui nec sunt requirendi.de elect.Osius,secun-
dum Host.tu dic ut in contrario dixi, ꝙ etiam spiri-
tuale non dissoluitur quò ad uinculũ. ¶*In gl.no.quòd,*
8 *ibi,in iure*] princeps tamẽ semper excipitur,cuius in-
terpretatio est tam necessaria,quàm generalis,C, de
le.& con.l.1.R. procedimus enim in iure de simili-
bus ad similia,de rescri.inter cæteras.Host.[*& in fine*]
de quo dic,ut no.infra de elec.ut circa,lib.6. ¶*In glo.*
9 *ult.ibi,quòd si dormierit*] dic ut ibi [*& in fine*] quid si uir
ẽ ethicus,& vxor exigit,& si ille reddat, est mortuus
argum. ꝙ non teneatur, quia ordinata charitas est,
ut prius sibi consulat.88.distin.non satis, & supra de
usu pal. nisi specialis, Vincen.

S V M M A R I V M.

1 *Lepra soluit sponsalia,nisi in duobus casibus, & alio,nu.3.*
2 *Glossa quæ olim contextus euasit.*
Ex traductione firmatur matrimonium, & inducitur præsumptum, & quibus casibus.
3 *Consumare pro contrahere, num.5.*
4 *Suffragium glossarum.*
De nouo quæ emergunt,nouo indigent auxilio.
Mulier decipiens non iuuatur uelleiano.
5 *Additio glossarum.*

C A P V T III.



1 Iteras. Summatum est, supra c.1. di-
cebat Host,lepra soluit spon-
salia. nisi transierunt in matrimoniũ præ
sumptum. Communis diuisio, secundo
ibi, Respondemus [*Post sponsalia*] ideo di-
cit, quia si scienter quis contraheret sponsalia cum
leprosa, compelleretur consumare, sup. de spon. ex
literis,& c.requisiuit,ad hoc,infra titu.1.per totum,
2 C.de ac.& ob. sicut, Hostien. [*De futuro*] hoc uerbũ
olim fuit gloss. Alã. qui dicebat, capitu.l aliter non
tenere [*Traducatur*] ex traductione ergo firmat ma-
trimonium,& inducitur præsumptum,ad hoc, & su
pra de restitutio.spoliat.ex parte,& no. supra de spõ,
adolescens, quod intelligi potest, quando mulier
corrupta est indistinctè. Idem,si maritus dicat se illã
cognouisse, uel si impubes ibidem facta sit pubes.
ff.de ri.nup.minorem, nisi mulier illum conuincat
per corporis aspectum, ut no.sup de despo.im. impu.
continebatur. Hostiens.[*Consumandam*] id est contra-
3 hendam. nam si contracta esset, bene compellere-
tur, ut dictum est, supra capitulo prox. unde sequi
tur [*Ad eam recipiendam*] scilicet per uerba de præsen-
ti, nedum consumandam, ut est quæsitum, secun-
dum Hostien. G. cõsumatum debet esse hoc in tex.
& ita gloss.super uer.sponsalia, debet esse,super glo.
prima [*Sponsalia*] si tamen sponsus sanus infirmam
cognosceret,esset matrimonium præsumptum, su-
4 pra de sponsa is qui,Hostien ¶*In glo.1.ibi,ex causa*] ui
de.de iudi.capitulo primo, super glossa secunda [*&*
ibi,si mulier in iure] si mulier sciens se non hæredem,in
iure se respondit hæredem, non iuuatur Velleiano:
quia decipit,sed si decepta fuit, licet in eam detur
5 actio,cõpetit sibi exceptio. ¶*In glo.1.ibi,consumatum*]
id est per uerba de præsenti contractum. Abbas.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De seruorum coniugio loca iuris alia, quàm quæ hic sint, indicat.
Erroris,& conditionis impedimentum impedit, & dirimit, excepto casu.

De coniugio seruorum, Rub.

1 ¶Viso de matrimonio in genere, de coniugio
seruorum submittit in specie, secundum Da.uel ali-
ter.uiso de impedimento lepræ, quod matrimoniũ
nõ dissoluit,videamus de impedimento erroris cõ-
ditionis, quod impedit,& dirimit,nisi ex certa scien
tia fuerit ratificatum uerbo, uel facto,infra capitu-
a lo fina.& per totum,secundum Goffred.& Host.[a] ha
betur materia.29. quæstione secunda,per totum, &
conuenit,supra de præsump.illud.

ANNOTATIONES.

a ¶Host.Vide ad materiam huius titu.l.unam,§.sed si quis homi-
num,& le.& in aucten.ad hæc,C. de La.li.tol.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus etiam contradicente domino contrahere potest, nu.4. sed ob id non minus tenetur seruire,nu.4.& 8. potest fieri monacus,& quando uendi cogatur dominus,nu.6.& 9. & quando baptizari,num.7. pœnitentia potest ei iniungi, & qua, ibid. reddere debitum uxori an proponere domino debent, nu.9. & corrigitur lex, num.3.*
2 *Famuli quidam etsi sunt,homines tamen sunt.*
Seruitutis macula abluitur morum puritate.
3 *In matrimonijs canoni standum, non legi.*
Matrimonia non debent prohiberi sub ulla conditione,uel aliter, sed esse libera.
4 *Licet aliquid, quod non est honestum.*
Domino in quibus obedire non debeamus, quæ seruus etiam factus maritus ei debeant, & in quibus parere, & numero 8. & 9.
5 *Epilogus suffragium,& additio glossarum, nu.6.& 7.*
Patrem sequuntur nati ex matrimonio.
8 *Prior tempore in temporali non est prior in iure spirituali rei.*
Cum onere suo etiam persona transit.
Principale qui concedit,& accessorium uidetur concedere.
9 *Euenire quod possit,præcogitandum,in fine.*

AC-

C A P V T I.


Ignum. Casus. Seruus† cōtradicente domino contrahere potest: sed per hoc non minus domino seruire tenet. & potest diuidi in duas partes. prima ponit dictū, & eius rationem. 2. quandam dubitationem soluit ibi. debita[*Apostoli*] ad Gala. 3. glo. ad col. 3. Host. [*Serumi*] 29. q. 2. §. 1. Ca-
2 to, Quos†famulos dicis, homines tamen esse memē-
to. apud deum enim puritate morum abluitur macula seruitutis, ut dicit Hiero. ad Ruffinum. 35. [*Ma-*
3 *trimonia*] Corrigitur† ergo lex. C. de incest. nup. cum ancillis, quæ uocat tales coniunctiones cōtubernia, & standum est in his canoni. & dixit Host. ꝙ hæc litera est contra multos principes nostri temporis, q etiam liberos sine sui licentia non permittūt matrimonialiter copulari. contra id. C. si nup. ex rescri. l. 1. & 2. & quod dicitur, supra de spon. Gemma, cū suis concor. ad idem, C. si rec. prouin. uel ad eum p spō. de. l. 1. est etiam contra illorum consue. qui non permittunt uiduas contrahere, nisi prius redimantur
3 Anglici.Hosti. ¶Glo.1.† respon.per quæstio.de qua
remittit. ¶Glo.2.per quæstionem, quam soluit. ¶*In*
4 † *glo.ult.i.in fi.*] secundum Vin.& T.Sponsalia uerò rũ-
puntur propter compaternitatem superueniẽtem,
sicut & propter affinitatem, infra titu.2.ex literis, &
cap.sc.Hostien. & idem dicit de adop. superuenien-
te per decre.unicam, infra titu.1.

ANNOTATIONES.

a ¶Terminaui. Et idem Archi.eo.ti.cap.1.lib.6.& idem Bar.in l.
Gallus.§.forsitan, ff.de lib.& posthu.& ibi quid de legitimatio-
ne, & an syndicus uniuersitatis habens ad hoc mandatum pos-
sit leuare, & cõtrahere compaternitatem, tenet Fede.de Senis,
quòd non eum singulis per capitulum, qui manumittere.fi.2.q.
quæstio.2.uide ipsum consi.41.

SVMMARIVM.

1 *Compatrum duorum filij, si contrahant, quo casu separentur, & qui nu.2.*
Impedimentum matrimonij scientes, illud denuntiare contractus tempore tenentur.
2 *Lectio uera huius capituli quæ.*
3 *Conscinorum nomine qui intelligantur.*
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu.5.*
In denuntiatione facta ad peragendam pęnitentiam quæ non admittantur.

CAPVT III.

1 TVa nos. C.Si filij † duorum compa-
trum, per quorũ alterũ de-
uentum est ad compaternitatem, contra
hant, separantur, & tempore contractus
scientes impedimentum illud denũciare tenentur.
& sunt duæ partes in.1. trimembris consultario.in se
cunda cuiusque respon.ibi, super quo. Dicebar Hos.
ẽm unam literam quæritur, utrum quis possit filiã
suam ducere in uxorem? secundum aliam quæritur
hic de sorore spiritual. & dicitur quod non. secũdò
quęritur, si contraxerũt, an debeant separari? Respõ
detur ꝙ sic. tertiò utrum conscius teneatur hoc ma-
nifestare? & respondetur ꝙ sic [*An natus*] 1.q.(*Compa-*
2 *tris † sui*) uera litera, Compatris patris sui.i.sororem
suam spiritualem.& fuit errore scriptorũ litera cor-
rupta, quod patet ex eo, quod supra dicit, Natus an-
te compaternitatem. Si enim intelligas de filia spiri-
tuali, certum est, ꝙ compater fieri nõ potest nec pa-
tiendo, nec leuando, qui nõdum erat natus, ad hoc
de consti.cum accessissent, cum similibus.fit autem,
quæstio de prius nato: quia facilius prohiberi solẽt,
qui nati sunt post, supra c.1. (*Copulare*) non, ut sequit.
Host. (*Etsi*) secunda quæstio (*Separari*) sic, ut patet in-
fra (*& an conscij*) tertia quæstio.& dic quòd sic, ut se-
quitur, Host.qui arguit ex isto † verbo conscij, quod
loquitur etiã de personis turpibus, & participibus,
in auct. de leno.col.2.(*Accensare*) i.denunciare, ut pa-
tet in fi.(*Quòd huiusmodi*) solutio primæ quæstionis (*Et*
3 *si*) sol.secundæ (*Et qui*) solutio tertiæ. ¶Vlti.glo.† ar-
4 guit, signat contrarium, & ibi remittit. ¶*In † gl.1.ibi,*
spiritualem) hoc nec secundum litteram, Compatris,
nec secundum literam, Cõpatris patris, uidetur pro
cedere: sed dic filiam carnalem. ¶*In glo.ult.ibi, denun-*
ciationem) hoc intelligas secundum Hosti. de denun-
ciatione, quæ fit ad pœnitentiam peragendam, nec
enim debet in ea peccator de iuris apicibus litiga-
re, nec libellum petere, nec correctionem differe.&
si faceret, audiendus non esset, ar ff.de libe.causa.l.2.
& 3.ff.de neg.ge.soluendo, supra de excep.exceptio-
nem.de hoc supra de despon.impu.attestationes.de

iureiur.

sureiur.quemadmodum,in fi.sed nec potest talis pę
nitere, nisi mulierem illam abiiciat, de spon.du.c.2.
de spon.ueniens.1.in fi.& cap.ex parte [*& in fi.*] secū-
um Ioan.& de re.in.cum quid una uia, libro.sexto.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium de facto contractum inter baptizatum, & filiam baptizantis debet separari.*
2 *Copula sequens affidationem de futuro efficit matrimonium præsumptum.*
Cognatio spiritualis ex baptismo contracta est exceptio peremptoria, uide, nu. 5. exceptio, & contrahitur etiam laico baptizante, num. 3.
Exceptio perēptoria pōt opponi quandocunq; ante sētam, & in casu hic etiā post sententiam. & in causa appellationis, nu. 3.
3 *Baptizare etiam laicus potest ex necessitate.*
Cum de animæ periculo agitur omnis cessat subtilitas, & rigor.
4 *Scæuola mos respondendi de iure quis fuerit, quem hic pontifex imitatur.*
6 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 7.*
Baptizans sacerdos contrahit affinitatē spiritualē cū baptizato.
Officij necessitas hic non excusat.

CAPVT VIII.

1 EX literis. C. Separari † debet ma-
trimonium de facto cō-
tractum inter baptizatum, & filiam ba-
ptizantis. & In prima iudicum consul-
tatio super diffinitiua. in secunda responsio ibi, Mā-
damus. dixit Hosti. Ala. filiam sacerdotis, qui ipsum
baptizauerat, affidauit, & cognouit, quod cum mu-
lier ipsum petens probasset, publicatis testibus, ꝙ so
ror sua spiritualis esset, obiecit, officialis contra ipsū
hac exceptione repulsa sententiam dedit, à qua sedē
apostolicam appellauit, dicitur, ꝙ si ita est, sententia
non tenuit, & separandum est matrimonium, quia
2 contrahi non potuit [*Affidatam*] forte per † uerba de
futuro, sed per copulam, de qua sequitur, statim fuis
set matrimonium præsumptū, nisi aliud fuisset im-
pedimentum, Ipse tamen Ala. hoc negabat, & ideò
conuictus fuit per testes, ut sequitur, Hosti. [*excipien-
do*] peremptoria erat hæc exceptio, & ideo poterat
opponi qñcunq; ante sententiā. & in hoc casu etiā
post sententiam, supra de re iudi. lator, & c. consan-
guinei, secundum Phi. [*Sacerdos extitit*] maximè secū
3 dum Vin. nam idem † in laico baptizante, quod in
necessitate facere posset. & licet sine necessitate fa-
ceret, tamen teneret. & per hoc uidetur, ꝙ filia ista fue
rit illegitima. & facit ad id, quod no. infra ti. 1. c. uno:
potuisset tamen fuisse legitima [*Baptizauit*] infra eo.
c. 1. li. 6. [*Non admissa*] nec uidebatur admittenda. 1. qa
uit negatiuerit ueritatem, & conuictus fuit per te-
stes. ergo audiri non debet, ar. supra de solu. is qui.
Item quia publicati erant testes, supra de testi. in cau
sis. & propter alias rationes, quas dicam super gl. sed
dic, ꝙ omnis subtilitas & rigor cessat, ex quo agitur
de periculo animæ, ut dictum est supra c. prox. in fi.
& supra de despon. impu. attestationes. unde nec in
hoc casu transit sententia in rem iudicatam, nec est
appellare necesse, de re iudi. lator, secundum Hosti.
4 [*Si est ita*] more † Scæuolæ, supra qui cle. uel uo. insi-
nuante, quæ clausula omnia superiora respicit. s. de
5 rescrip. olim., Hos. & no. ex. † hoc Abb. peremptoriā
probari posse in cā appellationis [*Perpetuum*] appa-
ret impedimentū, nisi forsan obstaret consuetudo
ɔ̄ria, quæ scandalū generaret, qđ dic, ut no. s. e. super
6 eo. Ho. ¶ Gl. 1. fortificat † textū, q̄rit, & soluit, solutio-
ni rñdet, & dat simile. scđo quærit, arguit, negatiuè
7 soluit ɔ̄rlū. ¶ *In* † *gl. 1. ibi, officialē*] innitebatur forte opi-
nioni. T. q hoc tenebat in libel. T. de fraternitate spi
rituali. uel s̄m Gof. putauit nō esse impedimētū: qa
sacerdos hoc ex necessitate officij faciebat, alleg. ad
hoc Hos. 30. q. 1. ad limina. C. de inoff. test. parētibus.
C. de admi. tu. cū quędā. ff. ex q̄bus causis mai. qa ui-
delicet. ff. de inoffi. test. aduersus. §. fi. & l. ff. de rer. uē.
inter officiū. ff. de fur. seruus cōis. §. qui uero. ff quē-
admodū re. aperi. sed siquis. sed si certū est, ꝙ baptizā
do, & leuando ɔ̄hitur spiritualis ꝓximitas, ut. ī. c. e. 1.
nec prodest, qđ dictū est de officio: qa fit ēt, ut pater
inde puniatur, & à peccatis talibus ipse & similes ab-
strahantur, ar. qđ le. & no. de filijs presb. fas. & sic respi
cit ipsorū cōmodū. 12. q. 1. ꝓcipimus. & aduerte, qa
per hoc vr Hosti. intellexisse hoc de filia illegitima.
nec ob. s̄m eū, ꝙ non inuenitur expressum: quia ꝑ
identitatem omnimodā idē omnino fuerat sennen
dum. s. de trāsla. epi. inter corporalia. § 1. sed forte vi
debatur dubitatio, quasi sacerdos nō includatur, sicut
nec tabellio in numero testiū. sed huic respōdet per
illud, aut non intelligo, de quo dubitas, aut fatua est
interrogatio tua. qa, si ille, qui leuat, cōpater efficitur,
multo magis, qui baptizat, ar. ff. de testa. Domitius
Labeo [*& ibi, De sacro fonte*] qđ did ut. ī. e. c. ult. li. 6. [*&
ibi, Cum filia*] maius erat q̄rere de ipsa filia ad pęniten-
tiā recepta [*& ibi, Est filia*] imo filia filij s̄m casum ꝓ-
positū [*& ibi, Omnes quos*] ubi idem no. lo. nec ibi ꝓ-
hibetur matrimonium, sed fornicano, secundum
Vin. [*& ibi, Sed non est ita*] ut infra co. c. ulti. in fi. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Cognationis legalis duæ species, & quæ nam sint.
Arrogatio, & adoptio quid, & utriusque effectus qui, & nu. 3.
2 *Adoptio coram quo fieri possit, & à quo, num. 4.*
Arrogationis specialia quæ.

De cognatione legali, Rub.

1 ¶ Viso † de spirituali cognatione, de legali uiden-
dum est s̄m Da. & Gof. de hac. 30. q. 3. c. 1. dicebat hic
Host. ꝙ legalis cognationis duę sunt species. una trā-
sit in nomen speciale, & dicitur arrogatio: alia rema
net in generali, & dr adoptio. ff. e. l. 1. §. fi. arrogatur pa
terfamilias, & trāsit in ptātem patris, & acquirit qua
si omne ius, qđ habet filius naturalis & legitimus.
adoptatur filiusfami. & remanet in ptāte pr̄is natu-
ralis: ab ītestato tm̄ succedit legitimo, & hoc nisi ab
auo paterno, uel materno fiat adoptio. nā tunc, qa
iura sanguinis, & ciuilia simul concurrunt, trāsit in
a ptātem adoptantis, ponit uer. Arrogo [a], qui suus est
& habet meus esse necesse. Patris adopto suum. nec
patris desinit esse, probatur hoc. ff. e. l. 1. & 2. & l. si arro-
2 gato, & insti. e. & C. e. cum in adoptiuis. Pōt † aūt fie-
ri adoptio corā quolibet cōpetente magistratu. ff. e.
l. 2. & de officio procōsulis. l. 2. in arrogatione tamē
impuberis, quæ fit auctoritate imperiali, sunt quędā
specialia. de quibus habes. ff. e. si pr. §. fi. & duabus. ll.
sequentibus, & l. nō aliter, & l. his uerbis, & l. hoc aūt
3 dicitur autē adoptio † ciuilis quædā propinquitas le
galiter facta, per quā quis filius, uel nepos, uel dein-
ceps, uel frater, uel affinis, licet naturaliter non sic re
putatur, plenè naturā immitans. ff. eo. l. adoptio, & l.
b nec ei. §. eorum [b], & §. prætcrea, & l. siquis nepotem,
4 & insti. e. §. licet. masculus † uerò tm̄ & sui iuris ado-
ptare potest. siue filios habeat, siue non, dūmodo il-
lum, quē adoptat. 18. annis præcedat, ut sic omnino
certū sit eū potuisse illū generare. nā & necesse est, ꝙ
talis sit pr, qui generare posset aliū saltē de facto. er-
go presbyter quo ad patrimonialia adoptare pōt,
ar. pro & contra, insti. de adoptionibus. §. illud, & in
tribus sequentibus. Mulier autē adoptare non po-
test, nisi ex causa principali rescripto hoc fuerit im-
petra-

petratum.ff.co.l.2.§.illud,& l.si pater.§.fi. & l.se.& l, arrogato.§.pe.& insti.e § sed illud,& §.minorem.& §.feminæ,sicut hæc omnia.& alia,quæ hic deficiũt, in summa eo.titu.plenius no.Hostien.

ANNOTATIONES.

a ¶Arrogo.Vt institu.de adop.§.sed hodie,& C.eo.l.cum in ado ptiuis, & ibi uide docto.
b ¶Forum. Ibi uide Bar. quid iuris, si iudex omittat aliquod ex illis specialibus, an ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Adoptare quis non potest sibi fratrem uel sororem.*
Soror mea quomodo mulier efficiatur legalis, & nu. 2.
Adoptio ut teneat. & praeiudicet matrimonia, quæ seruanda, & num. 2. & 7. quamdiu duret, & impediat, num. 4. & 7. ex ea quæ nascantur prohibitiones, & inter quos, nu. 5.6.
2 *Filiam facere potest imperator per actum ciuilem, tanto fortius deus per spiritualem.*
Forma non seruata actus nihil ualet, & nu. 7.
De solennitate idem iuris.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 4.*
Causa cessante cessat effectus.
5 *Additio glossarum.*
Cognatio spiritualis cõtrahitur inter parentes filij illegitimi & leuantem illum filium.
Item inter ipsum, & filios leuantis.
Ioan. And. uidetur hæc commentaria scripsisse post additiones ad specula.in fin.

CAPVT I.



1 SI qua. Breue est [*Per adoptionem*] paternã.non enim potest quis sibi fratrẽ, uel sororẽ adoptare.C.de hęre.insti nec apud.secũ dum Vin. [*Mihi soror*] puta pater naturalis & legitimus corã aliquo magistratu ueniens, aliquam puellam extraneam in filiam suã recepit,& ipsam affiliauit,sicut vulgariter dicitur in prouincia. ipso iudice hoc probante & auctorizante.ff.e.l.2. Nam ex quo est filia patris mei,& si ipsam ab alia uxore habeat, sã lege.tamen soror mea est.& si imperator † potuit filiã
2 facere per actum istum ciuilem & solennem.multo fortius deus per spiritualem 30.q.3.cap.j. Quid ergo si hæc forma seruata non est, sed in domo per se coram uicinis pater meus hãc puellam recepit in filiã, sicut fit sępe. non puto ex tali affiliatione fieri præiudicium matrimonio etiam contrahendo.nec tali filiæ aliquod ius acquiri:quia deficiente forma.atq; solennitate deficit adoptio,siue filiatio, ad hoc sup. de rescrip.cum dilecta, in fi.& de elec.quia propter. §.aliter,& c.ecclesia.2.§.denique, cum suis concor. nam hæc solennitas est de substantia, qua deficiente nihil ualet,quod agitur.ff.de cõtrahen.emp. in vẽditionibus, & l.se.& l.pacta, & sunt sup hoc leges expressæ.C.de proba.non nudis,& l,non epistolis.Ho-
3 stien. ¶Gl.1.† arguit à contrario,& ꝙ cessante causa &c. secundo ponit differentiam inter adoptionẽ, & arrogationem,dicit demum, quid de ascendentibus,Item quid de adoptato,arguens quod potest sicut & cum illegitimo.recitat opinionem contrariã, quam approbat. demum quærit de adoptiuis inter se, & soluit,iterum quærit, an hoc impedimentum
4 dirimat.ponit duas opiniones contrarias. ¶*In † glo. 1. ibi, sed si qua*] ubi ad literam sunt hæc uerba [*& ibi, per adoptionem*] loquitur, quæsita fraternitas eousque impedi. nuptias,quãdiu manet adoptio[*& ibi, Adoptandis*] sed remanet in potestate sui patris, ut ibi [*& ibi, ia omni*] sequit̃ ferè iure finita patris adoptiui nul-
5 lum ex pristino retinetur uestigium. ¶*In † glo. 1. ibi, hoc dicitur*] & carnalis,de qua inf. ti.2.[*& ibi, qui etiam*] est & alia prohibitio perpetua inter adoptantem. & uxorem adoptati.& adoptatum.& uxorem adoptãtis ff.de ritu.nup.adoptiuum. t.respon.Gof. Innocẽ. & Host.ipse tamen Hostiẽ.dixit,quosdam dixisse, ꝙ non separatur matrimonium,nisi quando filia, uel soror ducta est: quia in canonibus de pluribus speciebus non habemus expressum,uerius tamen videtur, ꝙ qua rõne de istis exprimit̃, eadẽ rõne sit hoc etiã de aliis intelligendũ,ar op.in eo, quod l.& no.s̃. de constitutionibus,translato.unde & serio hæc apposita est rubrica non in specie, sed in genere,ut det nobis auctor intelligere, ꝙ sub ea includantur non solùm duæ species supradictę,sed etiam omnia,quę pertinent ad rubricam. utinam tamen hanc prohibitionem & publicæ honestatis iusticiam prouenientem ex nudis sponsalibus papa reuocasset. Hostien. [*& ibi, posset dici*] secundum Hug. & hoc † tenet Inn. & Pe.hoc tenere uidetur exponendo, soror esse cępit, quia pater arrogauit eam [*& ibi, sic & potest dici*] secundum Vin.& Inno. [*& ibi, spirituali*] Idem Inno. ut dixi secundum eum super rubrica. supra c. proxi. & Hosti. supra ti.proxi. Mar. & ad hoc benefacit supra ti proxi.c.ult.ut ibi dixi,& bene etiam.c.tit contracto.nam si inter parentes filij illegitimi, & leuantem illum filium contrahitur compaternitas, eadẽ ratione inter ipsum. & filios leuantis[*& ibi, alij dicunt*] Da.Lau. T.Vin.Gof Phi.& Host.& G.in e.ti.in prin. [*& ibi.per emancipationem*] factam coram competenti iudice,cui etiam de cõsue.competat,& ipso hoc auctorizante soluetur hoc uinculum.C.de emanci.l.j. & ulti. Sicut ergo sine auctoritate iudiciali contrahi non potuit, ut dictum est super textu, sic nec dissolui.ad hoc infra de regu.iur.omnis res.facta uerò tali relaxatione deficit causa prohibitionis.& per cõsequens & effectus,de ap.cum cessante.ff.de pac.qđ dictum est.Hos.[*& ibi, dicunt quidam*] hoc placet.Guil. in spe.eo.ti. in prin. & omnino uide, quod pro hoc dicto ibi scripsi [*& in fi.*] hanc gloss. habes.30. quæstione.4.in summa.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio, siue continuatio tituli.*
2 *De cognatione affinitatis ex copula cum consanguineas ubi alibi, quàm iura canonica loquantur.*
Ex ea qui nascantur effectus, nu. 3.
3 *Incestus quomodo contrahatur, & quid efficiat.*

De eo, qui cogno. consan. uxo. suæ, Rub.

1 Viso † de cognatione spirituali,& legali, de carnali erat uidendum: sed quia ex copula consanguineæ uxoris orit̃ affinitatis cognatio,de qua dubitari posset,an matrimonium dissolueret,ideo ponit hãc ru-
2 bricam, de † materia.32.q 7.quædam.cũdu obus capitulis sequẽn.& c.cõcubuisti, & c.siquis cum, 33.q. 2 in quattuor ultimis capitulis, & dixit Hosti. super
3 hac rubrica, quòd † uirtus tituli consistit in hoc, si cognoscatur cõsanguinea uxoris incestus committitur: non tamen propter hoc matrimonium præcedens dissoluitur,ut infra cap. 1.& c.discretionem. & c.transmissę.& cap. Iordanæ.sed si cognoscatur consanguinea sponsæ de futuro, soluuntur sponsalia,infra eo.iuuenis.1.& 2.& c.fraternitatis, & se.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro, sed non dissoluit matrimonium de praesenti.*
Quando superuenire dicatur, est impedimentum, nu. 2. in fi. etiam interueniente ui, num. 4.
2 *Filia uxoris priuigna dicitur.*
Incestuosus qui filiam uxoris cognouit an possit exigere debitū.
An habere priuignam uxorem.
Si de iure contrahere debet.
Honestas publica est impedimentum, in fin.
3 *Inuita tracta non dicitur committere incestum, & nu. 4.*
Posse pro debere.
4 *Epilogus, & additio glossarum.*
Vis non excusat à contractu affinitatis.

CAPVT I.



SI quis cum. Breue est. Dixit Hosti. tria quaeruntur, & tria soluūtur. dicebat hic
1 Abb.† totus titulus hoc intēdit. Affinitas superueniēs rūpit spōsalia de futuro, sed nō dissoluit mfimoniū de pñti. Dr autē superuenire affinitas qñ 5ctis spōsalibus, uel mfimonio spōsus cognoscit consanguineā spōsae, uel è conuerso, fm Ab. sed
2 alia dicunt, quae uidebis. j. [*Filia*] i. filia † uxoris, quae alio noīe uocat priuigna. j. c. trāsmissa [*Nec filiam*] secundū dictū. fuerūt n. tria dicta. primū, an incestuosus, qui filiā uxoris cognouit, ab uxore posset exigere debitū, dr ꝙ nō. si filiastram, potest hre uxorē? dr ꝙ non, si de iure incestuosi 5here dūt, dr ꝙ non, fm Host. [*Nunquam*] p p affinitatē, quorū quodlibet p se sufficiens est impedimentū [*nec filiastra*] terriū dictū
3 sub. si cōsensisset, secus, si fuisset † inuita tracta: quia tūc nō cōmisisset incestū. j. c. discretionē. Ho. [*Potuerunt*]
4 i. debebūt. ¶ Gl. 3. & vlt. rñ. pñt per qōnes, uel textua-
5 liter, si placet. ¶ *In glo. 2. in* † *fi.*] Ala. tūc enim excusatur ab incestu, ut ibi dr: affinitas tamē nihilominus insurgit ex hoc facto, infra eo. discretionem. Hosti.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium.*
Incestuosus contrahere non potest, & nu. 4.
2 *Dispensatio est necessaria quandocunque fit aliquid contra ius.*
Dispensare non uidetur, qui confert quid absq; dispēsatione, quā facere poterat.
3 *Ordo contextus quis.*
4 *Epilogus, & additio glossarum.*
Sponsalia cum filia cognitae dissoluuntur per cognitionem posteriorem matris sponsae.
Copula quo casu impediat matrimonium cum filia & matre, & cum alia.
5 *Debitum coniugale quo casu hic exigi non possit, licet reddi.*
Casus fortuitus non imputatur.

CAPVT II.

1 VEniens. Affinitas† superueniēs dissoluit spōsalia de futuro, sed non matrimoniū. incestuosus 5here nō pōt. deciā cōsultatio, & distinguēs rñsio. ibi, inquit, nonis. & fm mēbrū ibi, ceterū dicebat Ho. qdā matrē spōsae cognoūit si spōsanūquā carnaliter adhęsit], dat ei pnia maior, quā p adulterio, & ex dispēsatione cū alia 5here pōt. alioquin nec eā, nec aliā
2 sibi pōt uxorē hre [*Dispēsatione*] no. ꝙ † siue agat de clericis, siue de laicis, qñcunq; fit aliquid 5 ius, necessaria est dispēsatio, fm Inn. uide, qđ dixi de sta. mo. cū ad mon. sup nī. gl. ad fi. & per hoc patet, ꝙ si eps iniuste cōfert beneficiū, qđ dispensando posset iuste cōferre, dispēsare non vr, qđ dic. ur no. j. de scisma. c. 2.
a de filiis ps. ueniēs a. Ho. [*Caeterū*] ita † ordina. cęterū si
3 spōsam cognouit añ, ꝙ matrē, nunꝙ eā. s. matrē, uel aliā. s. à sponsa, ea mortua [*Poterit*] &c. Ceterū, si spōsam cognouit post. s. matrē, nunquā eā. s. spōsam, uel
4 aliā &c. Abb. ¶ Gl. 3. † obijcit, & soluit. ¶ *In glo. 1. ibi, de futuro*] vel intelligas ētde pñti. & tūc qđ dicit. j. eū post. set eū alia 5here, dic uerū, mortua prima, Ho. ¶ *In gl. 2. in fi.*] uel prius, Host. ¶ *In gl. 3. ibi, nec etiā tantū*] sup. vt
b adulter. b [*& in fi.*] uxorem. s. patris. T. ¶ *In glo. uide statim, ibi, praesumptum*] hoc uerū, eū tpe, quo eā cognouit, erat spōsa. Si verò prius cognouisset, & post eam de sponsasset de futuro, & antequā iteraret copulā cū sponsa, cognouisset matrē, tūc soluta essent spōsalia, nec matrem haberet, nec filiam, nec eum alia contrahere posset propter incestum. & hoc probatur, de spon. neniens. 2. & secūdum hoc intellige gl. 2. supra Ioan. And. ¶ *In glo. s. matrem, ibi, non tenet*] quia
5 † non habebit ipse illam, sed illa habebit eum. Ipse enim non poterit exigere, sed tenetur reddere, ut dictum est, supra e. prox. & sic erit viro matrimonium onerosum. Signat autem ad hoc contrarium, supra de cōiu. lepro. quoniam. §. fi. & soluit, qđ hic nascit exceptio ex proprio delicto, ibi non potest oriri ex casu fortuito, qui nemini est imputandus, infra de homi. lo. vel dic, quod quamuis non debeat petere, vt hic, exacta tamen tenetur reddere, vt ibi, quod intelligitur fm ea, quae no. infra eo. transmissae, in fi.

ANNOTATIONES.

a ¶ Veniens. Et ad hoc uide gl. no. & in principe idem dicentem in le. fina. ff. de adop.
b ¶ Vt adulter. mò uidetur adulter, infra eo. discretionem, & ibi glo. illud in sponsa de praesenti, licet non cognita.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non separatur ad dictum unius.*
2 *Notorium ex re publica procedit.*
Tacendum est quod illicitum est & probari nequit.
Vnius dictum regulariter non sufficit.
3 *Epilogus, & additio glossarum.*

CAPVT III.

1 DE illo qui. C. Nō separat † matrimonium ad dictum unius asserentis affinitatem inter coniuges praecisisse. dicit Hosti. frater asserit se cognouisse fratris uxorem ante, quàm ei matrimonialiter iungeretur. si hoc non potest constare dilu-
2 cidè, taecere deber, nec auditur [*Notorium*] puta † quia publicè eam detinebat. C. de nup. si vicinis, & parentela notoria erat, infra de diuortijs, porrò. Host. [*Impetere*) quia ex quo non potest probari, debet taecere secundum Inno. 6. q. 2. si tantum, & c. placuit. 2. q. 7. plerique. dictum enim vnius regulariter non iustificat, nec condemnat. 33. q. 2. admonere. de hoc de te-
3 sti. licet uniuersis. ¶ Gl. † 1. posset respon. per 3rium. ¶ *In gl. 1. ibi, non praeiudicat*] & ideo tex. dicit illam occasionem, non dixit causam, ad hoc de ma. & ob. solitae (*& in fi.*) secundum Ala.

SVMMARIVM.

1 *Incestuosus matrimonium contrahere non potest, sed si contrahit, tenet.*
2 *Priuigna qua dicatur.*
Ignorantia excusat ab incestu.
Ad uomitum redire qui dicantur.
Illicita pro sera.

Res

Res pro causa.
3 *Coniux quo casu dicatur non habere uxorem, sed uxor ipsum.*
Continuere siquis non potest a debiti coniugalis exactione prohibitus, quid iuris.
Debitum coniugij quandoque quis cum dolore debeat exigere & qualiter. an incestuoso debeatur ab uxore, nu. 5.
4 *Vir tenetur sempe uxori subministrare, & ob id recipit fructus dotis.*
5 *Per reconciliationem uxor amittit ius repellendi uirũ incestuosum, & quomodo fiat.*
6 *Epilogus, & addicio glossarum.*

CAPVT II.

1 TRansmissæ. C. Incestuosus † matrimonium contrahere non debet, si contrahit, tenet. sunt duæ partes. consultatio, & responsio, ibi. Quia uero. dicebat Ho. quidam vxore defuncta priuignam propriam cognouit, & secundam uxorem duxit, & ad priuignũ redijt, tenetur ꝓuidere uxori, & ei cohabitare, debitum tamen non exigat, sed cũ dolore cordis reddat, si fuerit exactus pro incestu & adulterio pœnitẽtiam arbitrariam agat: nec unquã cotrahet, si superuixerit [*Eius*] uxoris mortuæ [*Priui-*
2 *gnam*] quæ filiastra † uocatur, supra c. 1. [*Cognouit*] sciẽter, & sic commisit incestum, de quo pœnitentiam debet agere, ut dicit in fi. Host. [*Vomitum*] 2. pen. 2. de pę. dist. 3. irrisor. hoc autẽ dicitur facere quilibet peccator, qui post pęnitentiam ad peccatum, quod fuerat confessus, reuertitur, secundum Hostiẽ. qui dicit hoc probari per Greg. de pę. di. 3. si autẽ dicunt [*Illicita*] i. feram, rem siue causam. Mel. [*Vxori*] quam duxit post mortẽ primæ. Host. [*Dolore*] ut uideatur magis pati, quàm agere. 6. di. testamentum, Goff. 7. q. 1.
3 scias. & sic † non habet uxorẽ. sed uxor habet ipsum vt no. supra c. ueniens. & hoc debet intelligi secundũ Host: quãdo continere potest: aliàs de licentia ecclesiæ poterit exigere, sicut & contrahere, cum maius sit contrahere, quàm exigere, arg. supra de decimis, ex parte. 3. talis uero contrahit de licentia ecclesiæ, ut uitetur peius, ut no. supra c. ueniens. Si autem cõtinere non potest, tunc dolere potest saltem quãdo exigit, & si nõ, quãdo reddit. aliàs vix posset iste hãc pęnitentiam seruare. nec esset pęnitẽtia. quæ ad impossibile obligare. ff. de reg. iur. impossibiliũ. uel si nõ potest dolere in ipso accessu, doleat saltẽ ante actũ, uel post non de solutione debiti, quia facit, quod debet, sed de peccato per se commisso, quod ipsum tali copula reddidit indignũ, de pę. di. 3. pęnitentia est,
4 sm Host. [*Subministraos*] semper † enim tenet ad hoc, & si mulier in continentia viuere uelit, & ꝓpter hoc fructus dotis recipit, infra de usu. salubriter. ff. de iu. do. potis fructus, & l. si is. §. ibi [*Incestu*] quem commisit post mortem primæ uxoris (*Adulterio*) cum priuigna post contractũ secundæ uxoris commisso (*Cum ea*) uxore, quã duxit post perpetratũ incestum. Phi. (*Moderamen*) 26. q. 7. ipa. l. di. de his, & c. siquis diaconus. Gof. de pœ. & re. significauit, ubi de hoc. Hosti. (*Ei*) uxori legitimæ (*Permanebit*) nisi ex causa licentiã obtineat, ut dictum est, sup. sed † nunquid uxor tali incestuoso tenetur debitũ reddere. non. imò potest se auctoritate dñi denegare. 32. q. 1. dixit, nisi & ipsa à tali primò debitum exegerit: quia postea tacite uidetur facta reconciliatio. unde decætero nõ habet, q d possit obijcere, infra de adul. si uir. supra de cõiu. seruo. proposuit, & c. fi. & de eo, qui du. in ma. ueniens. & secundum hoc intellige, quod no. supra c. ueniẽs. Hosti. ¶ Gl. 2. dat si. & tradit re. ¶ *In glo. 1. in fi.*] Ala. de tali adulterio, incestu not. 27 q. 1. viginem. ¶ *In gl. ul. in fi.*] & 33. quæstione. 2. §. hoc quamquam, aliàs incipit, de pœnitentibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non separatur ad confessionem coniugum dicentiu affinitatem præcessisse, etiam si rumor uicinæ consentiat, & num. 2. & quare, nu. 3. & 7.*
2 *Clamor quando dicatur esse.*
Quando fama, & debet litem præcedere, nu. 7.
Collusio coniugum unde proficiscatur. ad dicti. colludere.
Ei præcludenda uia.
3 *Confessioni coniugum contra matrimonium non statur, & cuius, & num. 2.*
Publicatio testium cur non impediat alios testes examinare in causa matrimoniali.
4 *Cap. si duo. 35. q. 6. ut non aduersetur huic.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 6.*
Confessus certum pro iudicato habetur.
7 *Addisio glossarum.*
Probatio minus ualida recipitur ex longitudine temporis.

CAPVT VIII.

1 SVper, eo quod. C. Non † separatur matrimoniũ ad confessionem cõiugũ, qui dicunt affinitatem præcessisse, etiã si rumor uiciniæ consentiat'. & sunt duæ partes. 1. ponit quæstionem. 2. ibi, Tuæ ipsius, solutionẽ Dixit Host. clamat ps uicinæ, ꝙ maritus cognouit añ matrimonium contractum consanguineã uxoris, & hoc idẽ uterque fatetur, an sint ob hoc separandi. quæritur, ꝙ nec confessio, nec etiam rumor obest matrimonio. Respondetur: ratio de primo redditur, & secundi etiam declaratur (*Ante contractum*) secus, si post: q a & si de hoc constaret, nõ propter hoc præcedẽs uinculum solueretur. supra c. proxi. & infra c. sequenti
2 [*Aliquis † pars*] & talem clamorem appellati, infra rumorem. Si uerò tota ciuitas hoc diceret, tunc appellaret fama, quod dic, ut no. s de coha. cle. & mu. vestra, Host. [*Vel rumorem*] particularẽ tantũ, uel etiã cõfessioni coniugum simul iunctũ, Host. [*Separari*] s. de resti. præterea, s. So. ibi, & s. de præsump. tertio. s. So. ibi, Inn. [*Nonnulli*] coniuges [*Colludere*] q a unus alteri displicet. j. de diuor. quãto. §. fi. vñ plerunq; iurãt ad inuicem, ꝙ unus aliũ nõ repetet. s de iureiur. tua. 2. & talibus collusionibus pręcludẽda est uia, vt hic, & in dictis iuribus, & no. de postu. p̃. bonæ. 2. §. nec nocebat, de ali. mu. iu. c. 1 Si uerò omnino pro certo cõstaret, ꝙ non sit in elusionẽ, tũc uidetur, ꝙ possit stari confessioni secundũ ea, quæ no. de despon. impu. attestationes. Host. (*Per iudicium ecclesia*) Ho. ut puto, habens literam (*præiudicium*) notabat hanc esse secũ-
3 dam causam. quare † non creditur confessioni: quia per ipsam non confiteretur s se, quantũ s deũ. & ecclesiam, nec mirũ, si non creditur confessioni cõiugum, & ecclesiã: quia nec creditur in alterium præiudicium. 2. q. 5. interrogatum, de capel. mo. c. 2. unde semper, quãdo agitur de fędere, cauere debet episcopus, ne fiat præiudicium ecclesiæ. & ex hoc insurgit ratio, quare publicatis attestationibus producũtur testes in causa matrimoniali, secundum Hostiẽ.
4 (*Viciniæ*) s. particularis, ut supra dixit, & sic non † ob. contrarium hoc signatum. 35. q. 6. si duo: vel hoc, qñ publica fama: illud, quando euidentia rei. uel solue, sicut no. de despon. impu. attestationes. Hosti. bene quò ad opinionem ecclesiæ, in cuius facie est contractum, Gos. (*Irritari*) impediri enim posset, ut infra
5 de consan. super eo, Host. ¶ In † glo. 1. obijcit, & soluit distinguendo triplicem constitutionis speciẽ. iterum obijcit, & soluit. ¶ Vltima glo. obijcit, & soluit.
6 ¶ *In † gl. 1. ibi. l. 1.*) uide ipsius textum, de simo. de hoc super 3. glo. (*& ibi, certum*) sequitur, confessus pro iudicato habetur [*& ibi, de ætate. §. 1.*] uide de cõfes. c. fi.

super

super 1. gl. *In glo. 1. ibi, confessioni*] infra de maxime, quia
tūc remanēt cōiuges, unde nō sic timetur colludiū.
32. q. 1. dixit. Gof. [*& in fi.*] secundum Tan. Itē hic suā
turpitudinē, ibi reum licitā confitentur ſm eū. & di-
xit hic Abb. ꝙ ut fama in eo casu probet, debet præ-
cessisse litem motā. ar. eius, quod dicitur de teste. sup.
de test. licet ex quadā. Non essem ille, qui separarem
coniugium propter consanguinitatem, de qua non
a constaret nisi per confessionē coniugum [a], & famā,
&. c. si duo, loquatur secundum antiqua tempora, se
cundum quæ necesse erat minus ualidas probatio-
nes recipere, quia intantū extendebatur prohibitio,
ꝙ uera probatio haberi nō poterat, quæ ratio cessat
hodie. ad hæc præ. decre. licet, & supra de clan. despō.
c. fi. in prin. & decre. ista. ¶ *In glo. ult. in fi.*] dicebat Lau.
propter timorem non dissoluo sociatos.

ANNOTATIONES.

a ¶ Et famam. fama. o. ad plus non inducit nisi semiplenam probationem, ut no. in. c. fi. de iureiur. & per gl. & Bar. in. l. admonēdi. ff. e. ti. & secundum aliquos minus, confessio autem coniugum nihil probat, quia per ipsos est. uide Io. An. de desponsa. impu. attestationes, in gl. quia contra se.

SUMMARIUM.

1 *Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.*
Facti species.
2 *Fornicationis exceptionem exceptio, uel replicatio proposita plerumq; punit, uide nume. 4. 5. 8. & 10. est nomen generis, nu. 5.*
2 *Matrimonium legitimum contrahitur per uerba de præsenti, circa ipsum iam contractum papa dispensare potest, nu. 6.*
Celebrare, pro carnaliter cognoscere.
Effuge, cum poteris.
3 *Causam præbenti iniungitur pœnitentia, & quando grauis*
4 *Uxorem dimittere an quis possit ob adulterium eo rogante commissum.*
5 *Manifestum differt ab occulto, ut hoc toleretur, illud secus.*
6 *Opiniones, & diffinitiones antiquorum etiam summorum pontificum non semper sequendæ.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Dotem non retines uir adulterante uxore eius lenocinio
Compensatio non admittitur in delictis uxoris referentis causam in uirum.
Uir debet esse causa mulieri colendi bonos mores.
Causam qui dat quid mali faciendi an se inde iuuare possit.
A lenone quando filia, uel ancilla liberatur, & à quo.
Affinitas esse non potest, nisi nuptiæ præcedant. §. 2. & 10. §. 1. est impedimentum matrimonii, ibid.
6 *Additio glossarum, & nu. seq.*

CAPUT VI.

1 DIscretionem. C. Affinitas † su-
peruenieus nō
dissoluit spōsalia de pñti, & sunt duæ par-
tes. in. 1. consultatio, in secunda responsio
ibi. nos igit. in qua responsione primò dicit mulierē
ad continentiā inducendā. 2. ibi, Quod si. quid iuris,
si adhuc induci non potest. tertiò tria soluit obstacu
la. 1. ibi. cum adulterium ſm ibi, sed nec affinitas, ter-
tiū ibi. quāquam. Dicebat Host. quidā uxorem legiti
mā à se non cognitam consanguineo suo inuitā tra
didit, quā inuitā cōsanguine⁹ duxit, & cognouit. sed
spōsa captata hora statim aufugit, & uliū suū repetit
monēda est mulier, ut cōtineat, quamdiu uir uixerit
ꝙ si rennuat, maritus ipsam cogit maritali affectio-
ne tractare, cum uxori inuitæ traditæ nil possit obii-
cere. Exceptionē enim fornicationis obiectā exce-
ceptio, uel replicatio ꝓposita plerūq; punit. sed nec
affinitas iniquè ꝯcta intētioni mulieris, quæ sine cul
pa est, efficit. sic tenendū est, quicqd ab aliis aposto
2 licis in hoc casu responsum fuerit [*De † præsenti*] fuit
ergo legitimum matrimonium inter eos, supra de
de spō. duo licet. Tan. Vinc. [*Ille uerò*] cōsanguineus.
[*Cum ipsa*] legitima uxore primi [*Celebrauit*] idest ip-
sam carnaliter cognouit. Petrus. & Abbas (*Libertati*)
effuge, cum poteris &c. de sponsa. ad id quod, Ioan-
nes (*Inquisitioni*) qua quæsiuisti, an sit in hac parte mu
lieris petitio admittenda, uel quid aliud sit agendū.
Hostien. [*Viro*] qui tradidit mulierem [*Grauis*] pro
3 † pluribus adulterijs, quibus causam dedit, supra de
testibus. sicut. T. & erit arbitraria, sup. eo. ti. transmis-
sæ. Hostiē. [*Cogatur*] nisi uelit religionem ingredi, de
conuer. coniuga. uerum, & c. ex publico [*Ad ipsam*]
quasi non ipsa ad eum, ut no. supra c. ueniens. Hosti.
[*Tradidit*] argumentum ad quæstionem de infirmo,
4 qui vult uxorem suam † dimittere propter adulte-
riū, quod ipso rogante commisit cum medico. & fa
cit quod no. 32. q. 7. concubuisti. & B. Brix. in qōne,
cum quidam grauiter ægrotaret, & est dñi. 32. pecca
uit ergo in deum & ad hoc tendunt cōtraria, sed nō
in uirū [*Inuitam*] sub. nec ob. ꝙ dñs dat prātem uiro,
ut relinquere possit uxorē propter fornicationem.
& huic subauditui continuatur, quod sequitur [*Veri
5 tatem*] Matth. 19. [*Fornicationis*] hoc est † genus cōpre-
hendens omnem illicitum concubitum. 36. q. 1. §. cū
ergo. concor. supra titu. 1. [*Replicatione*] si mulier agit,
& maritus excipit de eius adulterio, tunc mulier re-
plicat de lenocinio. Si uerò accusat maritus de adul-
terio, tunc mulier excipit [*Manifestum*] ut tunc non
toleretur [*Occultum*] ut tunc toleretur [*Proximum*] ut
in hoc non toleretur [*Remotum*] ut hoc toleretur, &
6 ex his patet secundum Host. ꝙ † papa dispensare po-
test ex causa circa matrimonia iā ꝯcta, quod dic, ut
no. de cō. coni. ex publico. §. fi. & c. ex pte. 2. Patet ēt
hic, ꝙ non semper sequendæ sunt opiniones, & diffi
nitiones antiquorū ēt summorū pōtificū. ad idē de
de sponsa du. licet. §. fi. de sacra unc. c. uno. § pe. ubi
7 de hoc. de deci. pasto. §. 1. Host. ¶ Gl. 1. † distinguit. an
ult tradiderit, uel occasionem dederit. & ad secundū
signat contrarium. ¶ Glo. 3. no. cum sponsa. &c. alle.
tria iura. ¶ *Glo. hic reprobatur*] no. contra opi. &c. alleg.
pro ea. duos. §. ¶ Antepenul. glo. arguit legitimè fa-
ctum &c. alle. tria iura, in contrarium, unam legem.
8 ¶ *In glo. 1. ibi, cum mulier*] uir nil de dote retinet, cū uiri
lenocinio adulteratur uxor, nec mores improbat,
quos corrupit (*& ibi. l. 2. §. 2.*) non admittitur com-
pensatio delatę, de adulterio, quę uult maritū reum
lenocinio facere, nec auditur (*& ibi. §. quin uerò plurimus, in fin.*) mittit uir mulieri repudium, si ipso nolen
te foris domum manserit, non apud parentes, nisi il-
lam expulerit non habentem parentes, cum cau-
sam dederit (*& ibi, iudex*) inquirit iudex adulterii,
an uir pudicè uiuens sit auctor mulieri colendi bo-
nos mores. Iniquum enim est, ut ab uxore pudi-
citiam exigat, quam ipse non exhibet, quæ res ui-
rum damnat, sed criminis compensationem non fa-
cit [*& ibi, si lenones*] si leno filiæ, uel ancillæ peccandi
necessitatē imponit, illæ implorato epi suffragio ab
soluent à tali miseria. ¶ *In gl. 3. ibi. §. quærebatur*] vide in
c. quemadmodū, sup gl. nā &. ¶ *In glo. hic probatur*] ibi
uidendū. affinitas esse nō pōt, nisi nuptiæ dictæ sint,
ex qbus affinitas coniungat [*& ibi, affines*] affinitatis
cōiungēdæ eā fit ex nuptijs. ¶ *In gl. antepe. ibi, nec enim*]
uide de adul. c. fi. sup gl. 1. [*& ibi. §. casum*] uide de ætā.
& qua. cap. fina. super ulti. glo. [*& ibi, si à me*] uide de
9 con. con. placer, super gl. pe. ¶ *In † glo. 1. ibi. l. 2. §. 1.*] ad
hoc. ff. de ri. nup. palā. §. nō est ignoscēdū [*& ibi, si tu abstines*] solue ut ibi [*& ibi, à uiri*] & etiā patris, & dñi.
¶ *In glo quia primus, ibi, à uiro*] & facit ad ea, quæ dixi
supra de eo, qui du c. 2. & ult. [*& in fi.*] & facit. 2. q. 1. si

peccauerit,ibi,restabat igitur certa adulterii suspitio
10 ¶ *In† gl.1.iamu,in fi.*] Lau.hoc verũ quò ad deũ,secus
quò ad uirũ,quæ,licet cõsenserit,exceptione,uel re-
plicatione repellet, ẞm Hos.Abb ¶ *In gl.puta.ibi c.pe.*]
& ibi no.alii casus in gl.pe.¶ *In gl. hoc reprobatur ibi illo-
rum*]Hug.[*& ibi.§.affines*] ubi dicitur, ꝙ affinitas est
quædam proximitas ex nuptiis,prouenions[*& in fi.*]
de hoc,& quæ fuerit legis cõsideratio,dixi in arbore
affinita. in ptin. dicebat Io.siue sit affinitas, siue pu-
blica honestas. certũ est, ꝙ est impedimẽtum matri
monii.idem Phi.¶ *In gl.ar.quod ibi,ad limina*]&.infra de
reg. iu. factum legitimè,li.6.[*& in fi.*]Io.ff. ad.l.Aqu.
l.quia in eũ casum. Gof. ¶ *In gl.hoc generale*]quod dic,
ut no. de priuil. antiqua. & aa.di. renouantes. ¶ *In
gl.ult.in fi.*]erat in integra supra eo. ueniens. & in alia
compil.de diuor.si aliquis, & quod postea sequitur,
aliis asserentibus,hoc erat.eo.tit.ad aures. Gof.

S V M M A R I V M.

1 *Ad titulum quatenus faciat hæc decretalis.*
*Pollutio quæ pariat affinitatem,cognitionem,& consumationem
matrimonij nu.1.quæ causæ honestatem publicam, ibid.*
2 *Canonicè quid factum quod dicatur.*
3 *Coitus uel copula quando præsumatur, & faciat matrimonium
præsumptum.*

C A P V T VII.

FRaternitati. Pars de scisma.
fraternitati.parũ
1 facit ad titulũ,q a non tm̃ ponderaẽ pol
lutio,de qua decre.loquitur,quantũ pu-
blica honestas orta ex spõsalibus ẞm Inn. si uerò su-
meretur hæc extra ord.pollutio pro ea,quæ fit in na
turalibus, tamen extraordinariũ & consuetũ tẽpus
pubertatis,tunc bene esset affinitas, et faceret ad tit.
Dicit Abbas, ꝙ quidam Hispanus hic ponebat tales
uers. Supra ripam Acherontis uitulus depastus est.
Sed nec antrũ subintrauit. quęritur quid iuris est[*Ca
2 nonicè*] i.ẞm † canones,ẞm quod est in talibus proce-
dendũ.j.ti.1.c.1.in fi.Host.[*Cuius*]copulatæ.s.antea.i.
aũ,quã sibi illã copularet.nam.si postea,nõ solueret
matrimoniũ.sup.e.transmissæ[*Septennem*]idẽ, si non
dum septennẽ.sup.de spon.iuuenis,quod dic ut ibi.
a [a][*Extraordinaria*]extraordinaria † pollutio alterius tm̃
ẽt si inf.claustra pudoris fiat , nõ facit affinitatẽ. ar.ꝯ
sup. eo. discretionẽ. nec matrimoniũ cõsumat, nisi
fiat affectu mr̃imõiali 30.q.3.extraordinaria. ad hoc
enim,ut contrahatur affinitas , necesse est sanguinis
utriusq; cõmmixtionẽ fieri.ar.35.q.10. fraternitatis.
unde licet mulier semen emittat,si uir nõ emittit,nõ
ꝯhitur affinitas,ẞm Inn.qui idẽ no.de despõ.impu.at
b testationes,ut ibi dixi super gl. a.[b]. & arg.de frig.qui
palpitãdo põt prouocare mulierẽ ad seminis effusio
nem,uel econuerso, non est tñ ibi matrimoniũ, uel
cõmixtio seminis,& ideò nec affinitas sed si uir emit
tit in mẽbro mulieris,& non mulier,dubitari posset
utrum semen tm̃ emittatur,an nõ,tamẽ siue emittat
siue nõ,& ẽt neutro emitiẽte spõsalia prius facta ra-
tificari crederẽ propter cõsensum mr̃imonialẽ, qui
ibi est,uel præsumitur,ar.præ. c.extraor.dummodo
sint matrimonio apti,uel prox.ar.sup.de despõ.imp.
continebatur.Inn.hæc opi.Inn.non multum placet,
quia nec de cõmixtione seminis utriusq; puto fidẽ
iudici de facili fieri posse,ideò dico de facili, quia si-
ne cõmixtione sexuũ non generatur proles,uñ pro-
bata prole cõmixtio sexuũ probaretur,Hostiẽ. Satis
autẽ placebat ei, ꝙ tentatio sine effectu nõ inducat
publicã honestatem,ubi minor.7.an.uiuit, & reperi
tur uirgo, & de hoc constat. si uero mortua sit, uel
uiua,& reperiatur corrupta,tunc obest, ut hic,& su-
pra de spon.iuuenis.Si uerò tentata sit maior.7.an.si
tentatur maritali affectu, generatur hic publica ho-
nestas,si nõ maritali,non, ut in.c. extraordinaria.de
materia huius gl.dicit infra.c.fi.Vin. loquens de ma-
iore,& minore,ꝙ si infra ætatem uir mulierẽ cogno
scat,& ipsa semen nõ effudit,non est matrimonium
nec uerum:quia citra ætatem,nec præsumptũ , quia
cognitio non interuenit ex utraq; parte , dixit ta-
mẽ,quòd uir nõ posset ab ea diuertere ẽt adueniẽte
ætate,si illa vult cũ eo remanere, & sic intelligiẽ de-
despõ.imp.đ illis.nec ẽt ante,si mulier cognoscibilis
est,ut infra c.fi.Dicit aũt,ꝙ est quędã ꝑsumptio,quã
hẽt ecclesia, uel qcunq;, q uidet maiorẽ cũ minori
coire, crederet.n.utriusq; semen effundere. Idẽ cre-
det in mr̃imonio,si uidet sanũ coire cũ furiosa, ubi
sponsalia ꝑcesserunt furorẽ : sed hoc ꝑsumptio reci-
pit ꝯriã probationẽ. 32.q.1.dixit 27.q.1.nec aliqua.vn
de non dicit tale matrimoniũ uerũ, uel præsumptũ:
q a talis coitus uel intra ætatẽ,uel in furore post spõ
salia non facit tale matrimoniũ præsumptũ, de quo
loquitur de spon. is qui. Non.n.sic præsumiẽ totali-
ter pro maiori.cũ minorẽ cognoscit,cũ minor præ-
sumptionẽ ætatis pro se habeat,q dicit se nõ cogno
scere.Dicit ẽt Vinc.ꝙ si in hostio serarũ uterq; semẽ
effundat.non ideò dicetur matrimoniũ præsumptũ
quia cognitio non est intra uas, & admitti põt pro-
batio in contrarium, & per ipsorũ iuramenta. 34.q.
3.extraordinaria;quod intellige,vt ibi no.& per pro
bationem integritas.27.q.1.nec aliqua,de prob.pro-
posuisti.subdidit autem se materiam dimittere,quia
ẽpalis non erat. & addas , ꝙ de hac materia dixi ẞm
eum,supra de spon.c.ult.[*Libidine*]idem,si non inter
uenisset hæc extraordi. pollutio. Vinc. & Innocen.
¶Glo.1.soluit contrarium.¶ *In glo.1.ibi,iuuenis*]quod
intellige,ut ibi no.(*& in fi.*)uide quod ibi no.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶Dic ut ibi, uide Ibi Ioan. Andr.in gloss ex toto, & super glo.&
per ipsum in c.puberes,in gl.etiam si fit, de despon. impo.
b ¶Super gl.a.Vide Ioan.And.de spon.c.fi.in glo.de hoc.& ibi de
materia,quæ sequitur hic.

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro & qua,nu.3.
in fin.*
Contrahitur ex coitione cum consanguinea uxoris.
2 *Reuelatio qualiter fiat incestus ab episcopo , reijcit.*
Incestuosi pœna quæ.
Ignorantia excusat ab incestu.
Præsertim, idest tantum.
3 *Additio glossarum.*
*Desponsatio innubilis puellæ pro quæuis fiant uerba, semper in-
telligentur sponsalia de futuro.*

C A P V T VIII.

1 EX literis. C.Affinitas † superue-
niẽs rumpit sponsalia
de futuro. & primò ponitur consultatio.
secundo respõsio,ibi,Nos autem[*Quam*]
puellam[*Cognouit*] dicta spõsa adhuc infra annos nu-
biles existente,& per hoc fuerunt soluta spõsalia ip-
so iure,sup.e.ueniens.j.c.prox.hoc dico:quia si puel
la innubilis despõsata p uerba de præsenti cũ sponso
postea compleuisset ætatem, ita, quòd firmatũ esset
matrimonium secundum decre.unã de desp.imp.li.
6.si postea matrẽ cognosceret pri⁹,quã sponsã,nihi-
lomin⁹ remaneret cũ spõsa[*consultationi*]quã quæsiui
sti,

sti, utrum sponsus posit spōsam retinere, uel aliam
ducere: uel sponsa, uel mater alium, & quid sit circa
2 hoc faciendum. & qualiter † hoc reuelat episcopus,
no.ȷ̃.c.proxi.Host.[*Eis*] s.G.& puella [*Ei*] s.uiro.& sic
fuit in culpa. vnde nō debet ꝫhere: quia hęc est pęna
incestuosi, ut sępius dictū est [*Mater*] qui nō uidētur
ignorantiam posse allegare. alias enim excusarētur
ab incestu, ut de filia præmisit. Ho. [*Nefanda*] 37.q.1.
hi ergo, & capitulis sc. Hosti. [*præsertim*] i.tantū. tunc
3 enim dispensaretur, ut dicit glo. ¶ [*Infi.1.glo.*] glo. fuit
Io.& Tan. sed Host. dicēs, ꝙ Io.& Dan. glossauerāt. s.
per uerba de futuro, reprehendat hic dicens, ꝙ nō
erat curandū, per quæ uerba puella innubilis despō-
sata fuisset: quia semper intelligentur spōsalia de fu-
turo, de despō. impu.c.ulti.e.ti.c.uno, li.6. vñ dicebat
Inn. ꝙ cū hac puella fuerant tātùm spōsalia. ¶ [*Infi.2.*
gl.] secus, si prius cognouisset spōsā. ȷ̃.c. Iordanæ. Ho-

SVMMARIVM.

1 *Hæc decretalis idem dicit quod, supra proxima.*
Confœderatio pro promissione solenni tunc inde præstita.
2 *Pro matrimonio uel sponsalibus nulla cautio, exceptis duobus admittitur, & quæ sint.*
Mulieris uerba, præsentia, tactus & nutus fugienda & ratio.
4 *Casta est, quam nemo rogauit.*
Excusatio non prodest, nisi totam culpam excludat.
Opportunitas facit latronem, ut aiunt.
A crimine abstinetur uarijs de causis.
Mulieres solent esse in exactione copulæ carnalis importunæ.
5 *Peccatum maius quod hic.*
Reus non minus quis dicitur, licet probatio deficiat.
Consilium in foro pœnitentiali non denudandum.
6 *Epilogus, & suffragium, & additio glossarum, nu.7.8.*
Infantis etymologia.
Contra in foro animæ aliud respondetur aliquando, & aliud in foro contentioso, ut hic.

CAPVT VIIII.

1 VEniens. Idē † quo ad ti. dicit, quod
supra ꝓxima. & prima pars
narrat factum, secunda respōdet ibi, Cū
igitur. & forte uenit iste cum literis ordi-
narij, ad quem remittitur, ut est moris, de homi. ex li
teris. 1. [*Legitima*] qđ dic ut no. de despon. impu.ca.2.
& 2 Hosti. [*Puella*] quā ille iurauerat [*Confœderatione*]
i. promissione solenni hinc inde præstita super ma-
trimonio contrahendo. Hos. [*Fideiussorum*] hæc fide-
2 iussio † non ualet, nec ex ea potest agi ad pœnam, si
matrimonium non sequatur, nec pignora hac occa
sione data retineri possunt. ȷ̃ de do. inter vi. & vxo. &
si necesse, neque pęna peti. Nullū ergo restat reme-
dium, quale iuramentū, nec quadruplicetur arrha-
rū stipulatio ꝰm Host. quod dic, ut dixi. s̃. de spō. Gē-
ma. & forte secundū Host. ista fideiussorū obligatio
3 non fuit pęnalis [*Conuersatione*] adulteriū † intercipit
cohabitionē. 18.q.2. diffinimus. Gof. no. Hos. nō esse
tutū habitare diu alicui mulieri, ut no. de ui. & hon.
cle. monasteria, & de coha. cle.c.1. fugiēda igit sunt
uerba, pñtia, tactus, & nutus. & ponit uersum, Ni fu-
gias tactus, uix euitabitur actus. Hos igitur uita, ne
moriaris ita, aplus ad Ro.6. stipendia peccati mors.
Hiero. cōtra Ioui.1. quō q igne tetigerit, statim adu-
ritur, ita uiri tactus, & fęminæ sentit naturā suā. & di
uersitatē sexus intelligit. & uide in Hiero. ad Nepo-
tianū post prin. ad Occea. secunda. B. & contra Vigi-
lā.3. in fin. & parte.2. prodigium sub litera. T. [*Puella*]
quam iurauerat [*Conuenit*] forte maior erat, uel sibi
magis placuit, & illi de facili consentit. Nā ꝰm Oui-
4 diū, Casta † est, quā nemo rogauit, Hos. [*Occultus*] ꝓ-
pter hoc non excusatur à toto, supra quod me. cau-
sa. sacris. Nam hoc debuit manifestare saltē in aure
episcopi, supra de spon. præterea.2. & c. cū in tua (*Op*
portunitas) no. ad illud vulgare, ꝙ opportunitas facit
latronem. Abstinent ergo quidā. quia non habent
opportunitatem. Alij, quia impotētes. Alij. ut uitēt
infamiam. Alij, quia deum timēt. Alij, quia peccatū
abhorent. Alij ut filij & imitatores dei. hoc perfectū
est, Apostolus ad Ephe.5. Estote imitatores dei hoc
perfectū est, sicur filij charissimi. alia litera est (*impor*
tunitas) quia consueuerunt mulieres esse in talibus
importunæ, infra c. Iordanæ. Host. (*Vtranque*) quærit,
5 cū qua † plus peccaret? Dico quò ad deū, vbi magis
cōtemnit. quò ad ecclesiā cū ea, q̃ nō erat loco vxo-
ris, Vin. (*Conuinci*) per hoc non minus erat reus, quia
nō deficiebat ius, sed ꝓbatio. ff de testa. tu. duo sunt
Titij. Go. (*Consilium*) in foro pęnitentiali, quod non
est denudādū. ȷ̃. de pœ. & re. omnis. §. caueat, nisi de
licentia confitentis, infra de simo. nemo, quam hic,
& supra c. proxi. dicit Host. interuenisse (*Præcipiat*) i.
6 ad Thessalo. ult. ¶ Gl. † 1. potest, respon. per ob. ¶ Vlt.
7 gl. signat contrarium, & soluit. ¶ *In glo.1. ibi. si infanti*)
supple. i. minori. 7. an. & c. (*& ibi, impuberem*) uide in c.
pueris, super glo. pe. ¶ *In gl.2. ibi l. libera*) uide de iure-
iur. tua nos, super glo.2. (*& ibi, tua*) uide in ea. Gēma,
super vlti. glo. ¶ *In † gla.1. ibi, ante septennium*] & dicitur
ab in, quod est non, & for faris. q. ante. 7. annum ne-
sciens bene loqui. T. Gof. ¶ *In glo.2. in fi.*] de hoc. sup.
de spon. ex literis.2. ¶ *In glo. & ideò, ibi, cognouit*) sup. ꝓ-
pter publicam honestatem. ¶ *In gl. tamen talis, in fi.* ꝓ-
iudicaret tamen sibi, ut cogeretur pœnitētiam age-
re, de spon. ad audientiam. Hos. ¶ *In glo. ulti. ibi. si sacer-*
dos] secundum Vinc. & Ioan. secundum quos idem
prælatus in secreto dicet, non reddas. in publico di-
cet redde. concor. de spon. tua.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium, quid aliàs efficiat, num.2.*
Debitum à coniuge cum quis exigere prohibetur, conceditur ex causa exigere, & compellitur remitens reddere.
Maxime. dictio subauditur hic.
4 *Additio glossarum.*
Honestas publica non præcedit sponsalia, præcedentia non soluit, sequentia impedit & dirimit.
Quid differat ab affinitate contracta per coitum.

CAPVT X.

1 TVæ fraternitatis. Casus. Affi
nitas super
ueniens nō dissoluit matrimonium. erat
hæc decr. olim, inf. ti. proxi. Et cōis diui-
sio.2. ibi. Nos igitur *Coniugis*] non dicit, sponsæ. ut. s̃.
capitulis proxi. [*Commorari*] & sic necessaria ministra-
re. s̃. c. transmissæ. Host. [*Exigere*] non, nisi sicut nota-
4 *facie ecclesiæ*] sed qualiter† intelligitur matrimonium contrahi in facie ecclesiæ; dicunt quidā, ex quo fit publicè coadunatis amicis, & nemine excluso; & sic utuntur Lombardi, siue Italici, arg. C. de nup. si uicinis. imo secundum alios seruata solennitate bannorum. infra qui ma. accu. pos. cap. fi. quod uerius credo, secūdum Inno. ut patet, supra de clande. desponsa. cap. fi. Hosti. [*Ignaram*] forte cum prima contraxerat clam, supra eo. per tuas, uel palam, tamen in terra remota, supra de eo, qui du. in matrimo. ueniens, & c. 1. in fi. Host. [*Aliam*] primam forte matrem istius, à quo petebatur hæreditas. Ho. [*putarentur*] forte n. postea fuit accusatum matrimonium. & separatū [*Prolis*] & ma-
5 trimonii, quamuis putatiui [*Legitimum*] ergo† bona fides alterius parentū facit prolem legitimam: secus, si ambo scirent impedimentū, supra de clan. despō. c. fi. uer. par. ex hoc intelligas de quolibet impedimēto canonico, cui tamen parentes renunciare nō possent. hoc dico, quia licet conditio seruilis sit impedimentū perpetuū, Si tamen scientes hoc impedimentum contrahunt. erit matrimoniū, & filii erunt legitimi. Nā & ex postfacto esset hoc idem, supra de coniugio seruorū. c. 1. & 2. Quid si ambo parentes sciūt impedimentum aliud ab isto, sed in facie ecclesiæ ꝯhunt, uel alter tantum scit hoc, uel aliud impedimētum, & clandestine ꝯhunt, demum matrimoniū separatur; nunquid filii sunt legitimi? dixit Goff. ꝙ sic, ar. ff. so. ma. si cum dotē. §. fi. & quia proles fauorabilis est, ut hic, & quia decre. cum inhibitio, non facit mentionem nisi de impedimento proximitatis, & hoc tenuit Vin. s. illā dec. locū solū habere in impedimēto graduum. ꝯtrium puto, quia eadem rō est in quolibet impedimento canonico, ut ibi no. & quia ex quo concurrit canonicum impedimentum, proles non est fauorabilis, nisi matrimonium in facie ecclesiæ sit contractū, ut hic, & ibi. Dic ergo, ꝙ sunt illegitimi. illa enim constitutio & si uideatur odiosa, quia pœnalis, fauorabilis est: quia inducta in animarum fauorem, ideo ipsius pœna non est restringenda. sed dilatanda, ut uitentur pericula, & in prole puniantur parentes mandatum ecclesiæ contemnētes. ff. quòd me. causa, isti quidē. C. so. ma. l. 3. sed nec filii legitimi semper succedunt, nisi sint liberi, quod
6 dic, ut no. supra eo. tanta. ¶ †Gl. 1. posset, respon. per ob. ¶ Vlt. glo. notat, & remittit, quærit, soluit, alle. in
7 contrarium. ¶ [*In †glo. ulti, ibi l. 3.*] si libera ignoranter contraxit cum seruo, separato matrimonio propter errorē, filii ingenui nō sunt, sed spurii: mulier tamen dotē, & omne, quod sibi uir dēt, recuperat [*& ibi. §. ulti.*] si mulier errans in conditionem contraxit cum seruo, quem putabat liberum, habet quasi priuilegiū dotis in peculio uiri, ut præferatur aliis creditoribus, domino creditori non nisi in his, quæ in dotē
8 sunt data, uel de dote comparata. ¶ [*In †gl. 1. ibi, tutrix*] procuratrix. n. esse non posset etiam pro filio. ff. de procu. l. fœmines, Innocen. ¶ [*In glo. ult. ibi, esset seruus*] in matre serua, quæ putaret libera, procederet quæstio, in patre non. sed secundum Io. & Vincen. quorum fuit hæc gl. uideretur procedere in seruo: quia propter errorem mulieris non fuit matrimonium. sed licet lex. 3. C. so. ma. dicat illum spurium, fatetur tamen illum ingenuum. unde dico, quòd si in facie ecclesiæ libera ignorāter contrahit cum seruo, licet postea separetur matrimonium propter errorem, ex quo contractum fuit seruata forma cōcilii, cum inhibitio, filius est liber, & legitimus. Si uero libera eadem forma seruata contrahit cum serua, licet propter errorem separetur matrimonium, proles erit serua, non legitima. ¶ Idem in utroq; casu cum scienter contrahitur, lex nō ob. quia secundum canones esse potest matrimoniū cū seruo, de coniu. ser. ca. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Proles legitima reputatur etiam ex coniunctis in 2. & 3. gradu, & quibus, iuncto contex. & quando.*
Inter infideles etiam coniunctos. 2. uel 3. gradu contrahitur, matrimonium.
Matrimonium sine affectu matrimonij non est.

Ad

Ad adulterij excusationem, legimationem prolis qua attendantur.
Ob utilitatem publicam quadam tolerantur, ut hic, in fi.
2 *Dictio semel posita, ponitur propriè, & impropriè.*
3 *Epilogus, suffragium & additio glossarum, nu. 4.*

CAPVT XV.



Audemus. Breue est, summa uel diuisione non
1 indigēs[*Secundo*]in † linea æquali[*Vlterio ri*]idem in uxore fratris primortui ducta ad suscitandum semen, infra de diuor. c. fin. [*Affectu*] quia nec aliter esset matrimonium, supra de condi. appo. c. fi. sed nec semper est matrimoniū, puta quando repudiata contrahit, uel is, qui repudium misit: tamen, quia tali ritu utuntur, & opinio ipsorum est, quòd matrimonium teneat, & quòd proles ipsorū sit legitima, ecclesia etiam in hoc ipsorum opinionē sequitur quò ad ea, quæ præcesserunt conuersionē, & in hoc casu potissime locum suum uendicat mēs huius litteræ. & pro hoc faciunt uerba, opinionem, & affectū, ueritas se licet habeat in ɔriū. Nā inter christianos talia attenduntur quò ad excusationē adulterii, & legitimationem prolis, ut supra c. prox. & patet supra eo. per tuas. Ho. [*Post fidem*] i. conuersionem quia baptizati sunt. unde & fidem recepisse præsumuntur. Host. [*Publica*] quia citius conuertentur, nec à filiis, uel uxoribus, nec ipsorum occasione sic de facili retrahentur, infra de diuor. gaudemus. Ho. [*Volumus*] de æquitate, & gratia, in primo casu, quem ponit gloss. in secundo ponit ius secundum Host. quasi
2 uelle debemus, & sic † dictio semel posita, ponitur propriè & impropriè, sic supra de rescrip. capitulum
3 secundùm Host. ¶ † Glo. 2. quærit, & soluit, & duas lec. ponit. ¶ [*In gl. 2. ibi, qui in prouincia*] aliàs diuus. uide de eo, qui duxit, cum haberet, super gloss. quandoq;
4 ¶ [*In gl. 2. ibi, legitimi*] secundùm Vincē. & pro hoc facit littera, secundùm opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli*
2 *Matrimonium accusare quibus liceat, uel contra illud testificari, alia iuris loca præter hunc titulum ostendit, nu. 3. 4. & 6.*
3 *In eius accusatione qui præferantur, & qualiter procedatur, nu. item idem potest esse accusator & testis, nu. 6. sed non semper ibid.*
Præferantur qui cæteris.
Accusatio parificatur testimonio.
Accusator etiam testis hic potest esse, & quando.

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. Rub.

Viso † de matrimoniis, & ipsorū impedimētis, bene est, ut dicim⁹ de ipsorū separationibus, uel diuortiis. & quia solēt & dēnt fieri regulariter accusatione præmissa, & probatione rite facta, ideò præmittit Rubricā, Qui matrimo. accu. &c. secundum Gofr. & Host. uel sic secundùm Host. quia regulariter proles suscepta ex legitimo matrimonio legitima est, Ex illegitimo uero illegitima, uideamus, quomodo matrimonium, quod legitimum creditur, quandoq; illegitimū declaratur. ut sic proles interim suscepta de qua, supra tit. prox. uidimus, reputari debeat legitima, co
2 gnoscatur. habetur † hæc materia. 35. q. 6. per totum. conuenit, de test. quoties, & c. sicut, & ca. super c. 2. in litteris, series, ex tenore, cum in tua, licet ex quadam, & de testi. eo. c. 1. & ca. cæterum, & c. præterea. de eo, qui eo. con. de illo. Dicebat autem Inn. super hac ru-
3 brica, quòd † quilibet accusare poterat matrimoniū ad plenum diuortium, non tamen quò ad torū, ubi non admittitur nisi maritus, dicebat Guil. eo. titu. in prin. quòd ad accusationem impedimenti matrimonii, quod prouenit solum ex defectu, non ex peccato. ut frigiditatis, arctationis, uēl maleficii, nō admittuntur nisi coniuges, idem in impedimento erroris secundum eum. Sed & in primo casu secundū Inn. qui sunt de consanguinitate coniugum, præferūtur extraneis ut plurimum, hoc placet, sed quòd consanguineis tacentibus non admittātur extranei, hoc displicet, ut scripsi in spe. e. tit. super uersic. repellitur ergo, sed & inter extraneos præferuntur antiquiores & maturiores uicini. 35. q. 6. c. 1. & 2. & infra eo. uidetur. Item tam maritus, quàm uxor accusare possunt
4 infra eo. insuper. Omnes † autem, qui repelluntur ab accusatione, uel qui ad eam admittuntur, & à testimonio repelluntur. & ad illud admittuntur, dūmodo sint aliter idonei ad testimonium reddēdum. Itē
5 no. quòd si fiat † accusatio super fœdere matrimonii puta quia dicatur, esse inter coniuges consanguinitas, uel aliud impedimentum, proceditur li. non cōte. secus, si propter adulterium agatur ad tori separationem, supra, ut li. non conte. c. 1 & c. quoniam. §.
6 portò. Itē in † causa matrimoniali idem potest esse accusator, & testis. 35. q. 6. si duo, & c. episcopus, in synodo, & cap. de parentela, supra de testi. eo. præter ea omnino uide, quod scripsi in spe. eo. tit. super uersic. in causa, & hoc uerum, ubi quæritur de consanguinitate coniugum. ut ibi. & melius; supra de consan. & af. cap. 1. supra de spon. cum in tua, nam tunc etiā consanguineus, & mater potest esse accusator, & testis, infra eo. uidetur. supra de testi. super eo. in fin. sed si non quæreretur de consanguinitate, sed de alio impedimento, scilicet an contraxisset cum ea, tunc licet communiter sint admittendi pater, & mater ad accusationem, & testimonium, tamen in hoc casu si propter potentiam alterius coniugum habetur suspectum testimonium, repellentur à testimonio, sed non ab accusatione, supra de testi. super eo, in princ. & idem uidetur, si dicitur primò cum alio contraxisse, uel uotū emisisse, uel de spirituali cognatione Nam in his si suspectum sit alicuius testimonium, repellam illum, arg. prædi. decr. super eo. In consanguinitate autem est speciale, quòd nunquam debet haberi suspectum testimonium alicuius cōsanguineorum. Inn. in hoc ultimo. Host. contra, infra c. uidetur ut ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Cū de matrimonij fœdere agitur reo absēte cōtumaciter, possunt recipi testes, & qui, & ferri sententia, & quando, nu. 4.*
2 *In matrimonio contrahendo potest apponi, & seruari debet pactum de habitando cum sponsa in certo loco, nisi noui quid accidat.*
Nouus casus frangit pactum.
3 *Cum fratre spirituali contractum matrimonium separatur.*
Ad domum denuntiatio non fit, si scitur, ubi sit citandus.
4 *Amici, & affines monendi sunt.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 6.*
Numerus testium ubi non adijcitur, duo sufficiunt.
Pluralis locutio duorum numero contenta.
Suppletio glossarum, & nu. 8.
Aut, pro &. §. 2.
8 *Laigo canonicus Bononien. decretorum doctor citatur.*
Lite non contestata in causa matrimoniali quando procedi possit.
Bernardi glossatoris additiones allegantur.

CA-

C A P V T I.

1 R
Elatum. C.Cum † agitur
de fœdere matrimonii reo absente contumaciter,
possunt super impedimento matrimonii recipi testes, dummodo legitimi,& ad dicta illorum ferri sententia,& sunt duæ partes.in.1.consultatio.in.2.respon.ibi,cæterum[*Permansit*]& sic cõsumatum præsumitur,supra de spon.ad id, quod [*Exiuit*]
2 quid si pactum fiat † in matrimonio, quòd sponsus semper debeat trahere moram cum sponsa in certo
a loco,& in certa domo?seruãdum ᵃ est pactum: quia in traditione cuiusq; rei potest apponi pactum. C. de pac. con. l. t. multo fortius in tradirione mulieris.& uide,quod super hoc nor. supra de spon. Gemma.& hoc uerum, nisi nouus casus emergeat, propter quem oporteat à pacto recedi, ut per hoc.c.potest poni,exemplum,& ar.supra de excep.pastoralis ff.pro socio,si conuenerit. & duabus.l.seq.& de hoc plenius in sum.de coniu.seruo.§.& an cõsensus,uer. ult.[*Dicitur*]ex parte mulieris,quæ petit matrimoniũ
3 separari.pe.& Abb.[*Leuauit*]& sic est frater † spiritualis sponsæ.propter quod est matrimonium separandum,ut supra de co.spi.per totum[*Quæsitus*]forte et denunciatione facta in ecclesia,supra de clan.despõ, c.fi.Hos.[*Inueniri*]ubi Inueniri potest,quia scitur, ubi est,non mittitur denunciatio ad domum,Vincen.argue ad hoc decre.de cle.nõ resi.ex tuæ[*Quinquennium*] de hoc supra de spon.in præsentia[*Et infra*]quæris.an possis testes recipere,& sententiam ferre.Pe.& Abb.
4 [*Appareant*]sup.audiendi † sunt, non tamen & admittendi sunt ad dicta testiũ audienda, nec recipiẽda ante, quam iuuenis fuerit requisitus, & huic subauditui continuatur,quod sequitur,sed postquam iuuenis &c.Ho.[*Fuerit*]i.fuit,ut præcedit. uel ideò hoc dicit:quia amici,& affines monendi sunt secũdum ea, quæ no.supra ti.1.perlatum,quod forte adhuc factũ non erat nisi semel,& ideò sequitur cum indulgẽtia quia circa maiora periculum uertitur.de hoc supra
5 de con.& af.c.t.de spon.cum in tua.¶ Glo.1.quærit, & soluit.¶ Gl.2.etiam quærit,& soluit. ¶ Vltim.glo. signat contrarium, & soluit.solutioni obiicit, & re-
6 spon.opinionem ponit,& inducit simile. ¶ † *In gl.1. ibi,inter illam in fi.*]uide hanc & sequ.de censi. c.pen.in ũ.glo.[*& ibi,ubi numerus*]sequitur,testium non adiicitur,duo sufficiunt.pluralis enim locutio &c. ¶ *In glo. 2.ibi,ex prouincia*]uide de spon.de illis,super. 1.glo.¶ *In gl.ult.ibi,si quis*]uide de hære.excõicamus,super.1.glo.
7 ar.quod.¶ *In † gl.1.ibi de quot annis*]non uideo,quare se in hoc glo.fatigat[*& in fi.*]de regu.iur. pluralis, lib.6. ¶ *In gl.2.ibi,unaquaque*]ubi de hoc, & tenet hic Gofre. quod ibi Io.& ad id all.Ho.de uoto, quod super.§.fi.
a &.c.se.§.quod aut[*& ibi,potest dici*] secundum ᵃ Laur. ¶ *In glo.ita quod,ibi,aut*)nisi ponatur,aut,p,&.ff. de uerbo,sig.sæpe.uix. n. aut nunquam posset esse notoriũ
b ᵇ hoc impedimentum.Ho.¶ *In gl.ult.ibi,& inueniri*]dixit Tãc.quòd iste impediebat, ne ad eum posset peruenire citatio [*& ibi,si quis suo*] & infra de re.iur.non debet aliquis,lib.6.[*& in fi.*] uel ibi etiam proceditur
8 contra contumacẽ,scire † debes,quòd.d.Laigo cañ. Bon.decretorum doctor,qui paulo ante, quam inciperem audire iura,decesserat,dixerat,quod hic deficiebat additio Bernardi satis longa:sed hæc intẽdit, quod iura, quæ dicuntur,quod lit.non conte.in causa matrimoniali proceditur contra cõtumacem ad testium receptionem,& ad diffinitiuam, locum habent,cum constat de contractu, sed allegatur impedimentum,per quod petitur diuortium,& sic loquatur hic,& ut li.non conte.quoniam.§.porro, & sup. ti.1.perlatum. Si uerò de matrimonio non constat, & is,qui in coniugem petitur,negat contractũ,non procederetur hoc casu propter cõtumaciam rei ad testium receptionem,uel diffinitiuam, & sic loquatur,ut li.non contest.tuæ. ad contextum non posui: quia constat,quòd nõ fuit Ber.cuius additiones originales suas omnes uidi. Item quia in parte secunda continet falsum,cum.§.porrò.generaliter loquatur quando de fœdere matrimonii,uel maritali copula agitur,& ratio ibi,reddita etiam eo casu urget.Item hodie etiam parte non contumace ommittitur contestatio per cle. de uerb.si.sæpe.

ANNOTATIONES.

a ¶Seruandum.Vide Cy.in.l.fi.C. de ec. bo.in.l.ob æs. C.de ac.& obli.&.l.obsides.ff.de testa. & de iureior. ex rescripto.
b Secundum.Vide Io. An.in spe.de do.post diuor.re.§.ii.uer.quid si oir,& per Cy.& doc.in l.1.C. de uxo.mili.
c ¶Notandum.Probat autem hoc. ca. quòd in notorio requiritur partis citatio,de quo uide Io.An.de ele. bonæ, in gloss. de fil. presby. & super gl.& ita,& per ipsum in aucten. de coha.cle. & mu.de iureiurando,ad nostram,el.3.& de re iu. cum olim, & per moder.in cle.pastoralis,de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio,& testimonium in causa matrimoniali fieri, præsentialiter debent nu.2.quid & in aliis faciendum,ibid.*
Accusatio pro denuntiatione hic. non habet locum in matrimonio contrahendo.
Denuntiatio quare fiat, & qualiter, & ubi habeat locum.
Adminicula legitima quæ hic intelligãtur,addictio,legitima,& num.6.
4 *Epilogus,& suffragium,& additio glossarum,nu.4.5.& 6.*

C A P V T II.

1 A
Nobis. C.Accusatio † & testimonium in causa matrimoniali pœnitentialiter, & non per litteras fieri debent. & in prima parte ponitur quæstio.in secunda responsio ibi ad hoc[*Accusatione*] proprius dicitur denuntiatio, quam accusatio: quia ad hoc debet dirigi accusantis intentio, ut cessent à peccato,nec aliter interest eius. & melius est, quòd fiat in scriptis, supra de restit.in inte ex litteris.in fin. præstatur autem iuramentum de ueritate dicenda. in matrimonio autem contrahendo non habet locum accusatio,sed denunciatio,supra de despõ.imp.
2 ad dissoluendum.Inno.[*Voce propria*]quamuis † iurati,sed solum dictum suum in scriptis porrigũt,quod non sufficit:imò requiritur, quòd præsens præsentẽ accuset.2.qu.8.per totum,&.3.qu.9.per totum,sic& præsentia testis requiritur,supra de coha. cle. tua.C. de fi.instru.apud eloquentissimum: quia iudex habet considerare uocem testis, & mentis trepidationem.ff.de quæstio.de minore.§.2.& ideo mandatur iudici, quod præsentialiter ipsum testem examinet, de consan.c.1.& si alius,quàm iudex causę testem recipit,debet certificare illum,cui dictum testis remittit,quantam fidem ei debeat adhibere, supra de test. in int.constitutus,in fi.de quo dic ut no.in sum.de testi.§. super quibus,uersicu.sed quid si testes, & sequẽ
3 tibus.uel dic[*uoce propria*]i.non † iurati, quia non testimoniis &c. & in talibus iurandum est, ut dicitur supra de test. quot. Host.(*Solam*) sine examinatione, uel sine iuramento, ut præmissum est, ad idem, de spon.præterea.2(*Legitima*)scilicet iuramentum præstitum,& examinatio cum diligentia facta,conueniẽs numerus testium.3.q. 9.testes, supra de testi. quot.& cap.in litteris,&.c.licet ex quadam, supra de consan.

&

4 & affi.tua. Hostien.¶ Gl. 1. ponit duas lect.¶ Gl. 2. no.
5 præsumptionem nō probare &c.¶ *In † gl. 2. ibi. §. item*
dicimus] uide de offi. dele. super quæstionum, super glo.
6 nisi causa.¶ *In † gl. 2. ibi suffragia*] forte fama, secundum
Ala. & Vin. qui allegant eadem iura.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei, & parentes testificari possunt in causa matrimoniali, et quo casu, num. 7. præsumuntur melius scire proximitate, num. 6.*
Facti horum nomine qui contineantur species, uersi, & potes.
Quia pro quòd.
2 *De auditu auditus testimonium in quibus ualeat.*
Tabellio in numero testium est præ cæteris admittendus.
Factum pro præsumptione facti ponitur, ad dicti. sciunt.
Emancipatus filius potest uxorem ducere sine consensu patris
3 *Pater non recipitur testis in causa filij, nec contra, præterquam in casibus, & quibus.*
Matrimonium est contractus; & quæ sint eius specialia, remittit, num. 4.
Quando sit locus huic decretali.
Consanguineos disiungi fauorabile est.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
In adulterij accusatione præfertur maritus.
Patri tunc tempora non currunt.
Nuptiæ consistere quando non possint, in fin. nu. 2. in fi.
In ambiguis pro dotibus respondendum, ibid. & pro matrimonio standum, nu. 7. in fi.
7 *Additio glossarum.*

CAPVT. III.

1 VIdetur. Ca. In † causa matrimoniali super consanguinitate, & cō
tractu testificari possunt cōsanguinei, &
parētes. & tria facit. i. ponit dictum. 2. ibi,
Ideo, ipsius rōnes. 3. ibi, Quia uero, soluit quoddā cō
trarium. & potes sic incipere casum. Petebā quandā
in uxorē, ad probandum contractum contractū in-
ducebam parentes meos, ipsa ad probandam cōsan-
guinitatem inducebat suos, quærebatur, an essent ad
mittendi (*Quod*) aliàs, quia. & tunc expone pro ꝙ. sic.
3. q. 5. quia suspecti (*Parentes*) i. pater, & mater, & su-
periores, ut auus, & proauus. Pe. & Ab. infra de uer.
si. nam & rex [*Sexus*] i. tam mares, quam fœminæ, uel.
i. tam sponsi, quam sponsæ [*Dirimendum*] propter con-
sanguinitatē, uel q̄a aliud matrimoniū prius contra
xerat. Inn. [*Consuetudine*] q. d. hoc ius est consue. appro
batū nō desuetudine abrogatū. 4. di §. leges. Ho. [*Approbatur*] q̄a aut de cōsanguinitate agitur, aut de ꝯctu,
si de parētela ideo &c. Si de ꝯctu, qui melius &c. [*Reci
2 tatione*] & in talibus † ualet testimoniū de auditu audi
ditus, supra de consang. tua, de testi. licet ex quadam
Ho. [*Melius*] & ideo tabellio in numero testiū est præ
cæteris admittendus. ff. de test. dominus. Ho. [*Sciunt*]
i. scire præsumuntur [*Nullum*] hoc non habet locum
in filio emancipato. ff. de ritu nup. filius emancipat⁹.
3 Ho. [*Filij*] fallit † in testamento, de hoc. 2. q. 4. §. 1. qui-
dam alit casus no. in spe. de teste. §. 1. post prin, ubi sa-
tis de hoc [*Contractibus*] aliis. nam & matrimoniū c on
tractus est, ut supra de condi. appo. super eo. Hostiē.
4 (*Prærogatiua*) no. hic Hos. quædam † specialia in matri
moniis, quæ uideas supra ut li. non con. capi. 1. super
gl. 5. (*Fauorabilis*) per hoc loqui uidetur solum, cū agi-
tur de matrimonio coniugendo, uel respicit utrūq;
quia fauorabile est consanguineos disiungi. Vincen.
5 ¶ 1. 2. 4. pe. gl. tractant uacillando, an ad probandum
6 contractum parentes admittātur. ¶ *In † gl. 2 ibi, de tutela*) auunculus, qui tutor est, non præsumitur ignora
re minoris ætatem tam ex officio tutelæ, quam ex
proximitate sanguinis [*& ibi, si filium*] uide de acc. nul
li, super 2. gl. [*& ibi, etiam*] uide de proba, per tuas, sup
gl. 2. [*& ibi, si maritus*] maritus in accusatione adulte-
rij præfertur patri mulieris, & tunc patri non currūt
tempora. ¶ *In gl. 30. ibi l. 2.*) quæ sic dicit, Nuptiæ con-
sistere non possunt, nisi omnes consentiant, & qui
coeunt, & in quorum potestate sunt. ¶ *In gl. ult. ibi, in ambiguis*) infra sequitur, per dotibus respondere me-
7 lius est. ¶ *In † gl. 1. in fi.*) imò dum dicitur infra, & quo
rum est interesse, ita &c. ¶ *In gl. 2. ibi, canonibus*) sumitur
enim lex pro canone, pro consuetudine, per regula
pro ratione, ut no. 1. quæst. 1. uentum, ad fi. (*& in fi.*)
& l. 1, §. fi. ¶ *In gl. ex hoc in fi.*) de hoc. 3. q. 5. in fi. summę
& 14. q. 2. in sum. dicebat Ho. aut sponsus filiæ nobi-
lior, & ditior est ipsa filia, & tūc siue quæratur de cō-
tractu, siue de consanguinitate, suspectum est testi-
monium matris, nam & in gradibus computandis
deierare posset ponendo primum gradum pro secū
do, ut sponsus eum filia remaneret, supra de testi. se-
ries. si est inferior, tunc in utroq; casu admittitur. si
est par, arbitrarium, ut tamen iudex attendat, utrum
mater & filia affectent multum matrimonium, &
tunc repellat: uel eis displiceat, & tunc ueritatem di-
cere cogat, uel indifferenter se habeant, & tunc atte-
ta & considerata qualitate personarum, & dictorū,
& uultus mutatione, ac mentis trepidatione admit-
tat. uel repellat, ut patet in his, quæ no. de despon. im
pu. attestationes, & de testi. in nostra. Item & de ca-
lumnia caueant, infra eo. significante. sed caueat ꝙ
semper in dubio stet pro matrimonio, ut innuit
mens uerborum sequentium

SVMMARIVM.

1 *Inuita desponsata contra matrimonium quando audiatur. nume. 2. & 4.*
Reclamatio contra idem quando & ubi faciendū, & nume. 2. & 4.
Episcopus hic suo officiali, & aliis æquiparatur.
Iudex ordinarius si deficiat ad extraordinarios, & quos recurrendum.
3 *Pubertas per numerum annorum probatur.*
Pupillo non currit præscriptio, & si currat, restituitur, excipitur in causa nuptiarum, ut hic.
Lex & si durum uideatur, seruanda, & ratio, in fin.
4 *Matrimonium ex quibus præsumatur seu ratificetur.*
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Pro facto accipitur aliquando, quod esse potest, iuncta glo.

CAPVT IIII.

1 INsuper. C. Inuita † desponsata
prius ea sponte cognita
contra matrimonium non auditur. & in
prima parte ponitur consultatio, in secū-
da ibi, in hoc itaq;, responsio [*Contraxit*] & eam tradu
xit, ut patet per sequentia [*Cognita*] sine coactione. a-
liàs secus. Inno. quod dic, ut not. supra de spon. cum
locum, &. c. se. & de despon. imp. continebatur Host.
[*Proclamauit*] post fi. 12. anni satis, cum iam fuisset plu
2 ries cognita, ut prædixit [*Sentimus*] ergo † & nos ita sē-
tire oportet supra de re. iu. in causis, infra de hære. ad
abolendam, fatuum est ergo contra hanc decr. glos-
sare, quod tamen quidam præsumpserunt, ut inf. di-
cam. Host. (*Matrimonium*) pro eo, quòd metus in spō-
salibus interuenit. Si enim aliud impedimentū pro-
poneret, audiretur (*Attingēs*) scilicet quò ad sui cōple
mentum, tunc enim reclamandum est per tres dies
ante, uel post. de hoc supra de despon. impu. attesta-
tiones secundùm Hostien. (*Reclamauit*) scilicet coram
episcopo

episcopo, supra de despon. impu. duo, & .ca. de illis, &
c. continebatur, nel coram eius officiali, supra de fri-
gi. cap. 1. & si non potest habere illorum copiam, re-
currat ad presbyterum, & tandem ad uicinos bonæ
famæ, ar. in his, quæ no. de fri. laudabilem, ut tamen
quam cito poterit, coram episcopo ueniat, etiam ei
publicet, ar. supra de ap. si iustus, Infra de sen. excom.
de cætero, in fi. secundum Host. [*Anno*] completo, &
dicit † Hosti. hunc text. expressè contra illos esse, qui
3 dicunt. quòd per numerum annorum non proba-
tus pubertas. de hoc supra de despon impu. c. 2. & c. 3.
sed contra hunc tex. opponitur. certum est, quod nõ
currit præscriptio ei, qui negligens non est. & cui nil
potest imputari. Pupillus autem habet iustã causam
ignorandi ætatem suam, ignorat enim quid uideat.
C. de fal. mo. l. 1. ad fi. ff. de arbi. diem proferre. §. cotã
nec debet sapientum iura tractare. C. de testamento
mi. l. fi. sed nec illi currit temporalis præscriptio, imò
ipso iure seruatur illæsus; & in illis, quæ sibi currunt,
restituitur, C. in qui. cau. in inte. resti. non est necessa.
sancimus. sed & semper debet esse iusta ignorãtia ex-
cusata, infra de ele. ex. mi. apostolicæ, & infra c. fi. nec
tenetur scire iura. ff. de proba. cum de Indebito. §. r.
& infra c. 1. Quare ergo non auditur puella, licet cir-
ca. 12. an. non reclamauit? Respõ. speciale est in hoc
casu matrimoniali propter uitanda pericula anima-
rum, ar. supra ut li. non conte. c. fi. §. 1. & in fauorem
matrimonii, supra c. uidetur. §. fi. sicut & illud, quòd
tales facti puberes habent personam standi in iudi-
cio etiam per procuratorem, de test spo. ex parte. qđ
dic. ut de iudi. c. fi. li. 6. nec currit præscriptio pupillis
nisi demum factis puberibus, uel circa, ut hic pater,
& supra de despon. impu de illis. 1. & . 2. quando iam
sunt plusquam doli capaces, quibus etiam delictum
imputatur, infra de delic. puc. c. 1. & sic non ob. l. supe
rius inductæ, quæ loquuntur in pupillis, maximè nõ
doli capacibus. possunt etiam tales certificari de an-
nis audiendo à parentibus, qui consueuerunt sæpè
hoc referre, Tali die complebit filius tot annos. 22.
q. 5. hoc uidetur. tamen considerata ueritate hoc est
speciale. quòd talibus potius parentum, quam sua ta
citurnitas imputatur. Parẽtes enim melius scire pos-
sunt metam annorum suorum, quã ipsi, prouideant
ergo eis. si uident ipsos dissentire, sicut sæpe faciunt,
ducendo eos coram episcopo dicendo, Domine ta
lis filia mea, uel consanguinea uenit coram uobis. &
reclamat contra sponsalia, quæ contraxerat cum ta-
li, nec possum eã inducere, quòd uelit in ipsum ma-
trimonialiter consentire, finaliter si dicas, quòd hæc
iura iniusta, & quàm dura sint, Respondère possum
tamen reipublicè expedientia, uel ad minus sic scri-
pta. unde & sic oportet illa seruari. ff. qui & à quibus
ma prospexit. 6. q. 3. scriptum Ho. [*Accedente*] sup. non
4 † reclamauit, quod potuit, ut præcedit sed ipsum tra
ducta compleuit tribus diebus post completionem
elapsis, quare contradicere non potuit: imò fuit præ
sumptum matrimonium, etiam si cognita non fuis-
set, quod dic, ut supra de despon. impu. de illis, infra
uide, quod dixi, eo. ti. capit. ult. super uersic. nubilis.
multo minus potest contradicere, ex quo semel etiã
copulę consensit. Præsumitur autem consensisse, ex
quo circa carnis copulam uiolentia non allegatur,
quod dic, ut supra de spon is. qui fidem. secus ergo, si
fuisset inuita cognita, ut ibi no. & proba. 16. qu. 3. pri-
ma, in fi. & . 1. q. 1. constat, Host. [*Ratihabitione*] præsum-
pta ex duobus scilicet ex lapsu temporis, & carnis co
pula, sic supra de spon. ad id quod, de regula. enim ui-
rum licet unum per se sufficeret, ut supra not. Hosti.
5 ¶ † Vlt. glo. arguit, quòd ratihabitio &c. ¶ *In gl. pe. ibi,*
6 *minorem* uide de spon. ad id quod, super gl. 2. ¶ *In* † *fi. 1.*
gl.] ad idem de con. di. 3. peruenit. & iuxta uulgarem
modum loquẽdi, quem habent boni seruientes; qui
dominis aliquid præcipientibus. Respondent, factũ
est. si. ff. de regu. iur. qui actionem habet. tamen hoc
probatum non releuaret. & ideo nec probandũ est,
supra de offi. dele. cum contingat, Ho. ¶ [*In gl. ult. in fi.*]
de hoc tractauit hic Gof. quod uide plenius de regu.
iur. ratihabitionem, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Accusans propter quæstum, præsertim matrimonium repellitur,*
& peccat num. 2. & ex officio num. 4. & qua alia de causa re-
pellatur, nu. 4.
2 *Lucro præferre debemus maritalem concordiam.*
Calumnia, et corruptio ut probetur, & nu. 3. & quando calumnia
præsumatur, nu. 3.
3 *Dolosus, uel calumniosus nemo præsumitur, & qui potissimum.*
4 *Denunciatio debet esse sine crimine.*
Matrimonium non accusatur nisi ab uxore, à cæteris denuntia-
tur.
Animæ periculum ubi uertitur officium suum debet iudex inter-
ponere etiam non petente, & inuita parte, ut in fi.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, & nu. 9.*
Doli sui quis præmium ferre non permittendus.
7 *Suppletio glossarum.*
Nocumentum alterius ubi est, & utilitas tua est, non repelleris,
secus, si tibi nihil conducat, & supra nu 6.
Quæstus turpis quando præsumatur accusatoris. §. 1.
In matrimonij contractu an gratia conferatur, remittit, uer. mo-
derni.

CAPVT. V.

1 SIgnificante. Ca. Repellitur † accusans ma-
trimonium propter quæstum, & in pri-
ma parte ponitur facti narratio. in secũ-
da causæ commissio. 2. ibi, Cum igitur. dicebat Host.
ad extorquendam pecuniam, ut patet ex facto, ca-
lumniosa accusatio, calumnię probatio, seu euidens
præsumptio, calumniatoris repulsio [*Ipsius*] mulie-
ris, uidens forte maritum multum accensum in ip-
sius amore, secundum Host. [*Extorqueret*] licet in hoc
2 mater † grauiter peccet, si tamen filia esset consen-
tiens, magis diceretur peccare quia temporali lucro
præferre debuit maritalem concordiam C. de instit.
& substit. reprehendenda. C. de condi. inser. l. 2. ff. de
inof. test. l. filia, supra de iureiur. Quintaualis [*Opera*]
quia forte publicatis testibus apparet nil probatum
uel falsi testes, quos inducebat, reuelauerunt hanc
iniquitatem ante testimonium postea enim nõ cre-
deretur eis, supra de testi. sicut [*Pecuniam*] quod forte
3 fecit tractarè per aliquem mediatorem, quod forte
potest probari ad hoc. ff. de proxene. l. 2. & . 3. unde &
sequitur, si est ita. Hostiē. [*Si est ista*] scilicet quod ca-
lumniosè mouerit hanc accusationem, sed quomo
do constabit, de hoc, cum nemo præsumatur do-
losus, uel calumniosus, ff. de proba. quoti. §. qui do-
lo. supra de præsump. c. fi. & mater minus, quàm ex-
traneus, unde & est cæteris præferenda, & sic est con
tra, supra eo. uidetur. So. dic, quòd hoc probabitur
per testes, cum quibus tractatũ habuit, & quos cor-
rumpere conabatur, uel per mediatores, per quos
pecuniam postulabat, ut dictum est supra, uel quia
publicatis attestationibus, per quas nil probaue-
rat, uult alios producere testes, sed non audietur, q̃a
a præsumitur calumnia [a] contra ipsam, ar. supra de do
lo, finem, infra de pœnis, calumniam. Host. [*Ab accusa*
4 *tione*] forte † generale est, ut nullus admittatur ad ac-
cusatio-

tionibus, per quas nihil approbauerat, vult alios ꝓ-
ducere testes: sed non audietur: quia præsumitur ca-
a lumnia[a] contra ipsam, ar. supra de dolo, finem, inf.
de pęnis. calumnia. Host. [*Ab accusatione*) forte gene-
rale ad est, ut nullus admittatur accusationẽ, si con-
stat, ꝙ mala intentione ducitur, uel forte locum ha-
bet tantum in denũciatione, ubi denuntiatio debet
esse sine crimine. 7. qu. 1. in grauibus. Matrimonium
enim propriè non accusatur nisi ab uxore. nam cũ
sit publicum crimen, non admittũtur, nisi quorum
interest. sed denunciari dicitur crimen, in quo ma-
nent, ar. infra cap. proxi. supra de despon. impub. ad
dissoluendum, Inno. [*Repellentes*] etiam ex vestro offi
cio in hoc casu, ubi imminet periculum animæ. ex-
quo constat de calumnia, quamuis etiam nil obiice
ret aduersarius, de excep. exceptionem, uel expresse
consentiret. ff. de postu. quos prætor, supra de elect.
5 cum nobis, Host. ¶ † Glo. 1. ponit duos casus, quibus
&c. ¶ Glo. 2. alle. 1. concor. dat simile, arguit, & tener
6 contrarium. ¶ *In † glo. 1. ibi infundo*] uide de simo. nobis
super gloss. 3. [*& ibi, ita demum*] in pœnali stipulatione
compromissi tacitè intelligitur, ne quis doli sui præ
mium ferat [*& ibi, aut licet*] ibi uxor nocet naturali-
bus, qui succederent in duabus unciis, & sibi nõ pro
7 dest; quia excluditur ab agnatis. ¶ *In † gl. 1. ibi, licet*] ad
idem infra de conces. prębẽ. c. pe. li. 6. sed ibi, sibi pro
dest: quia citius consequitur præbendam, licet nõ il-
lam, in qua nocet [*& ibi pænitentia*] solemnis [*& ibi, se-
quentis*] qnia non iteratur. l. di. quamuis. ¶ *In gl. 2. ibi,
probibentur*] ibi dicitur præsumi turpem quæstum ac-
cusatoris, qui duo iudicia habet contra duos reos, &
ibi de hoc [*& in fi.*] moderni theologi hoc abhorrẽt.
de hoc. 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & 12. q. 2. honoran
tur. & de hoc dixi de sacra un. c. uno, circa prin. uersi.
de secunda, & uide qnod dixi de simon. cum in ec-
clesiæ.

ANNOTATIONES.

a Calumniam. An quis eo solo præsumatur calumniari. quòd non probauit, sentit iste, quod sic etiam in matrimoniali causa. ui de Bar. in. l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infa. & in l. 1. ff. ad turpil.

SVMMARIVM.

1 *A matrimonij accusatione qui non repellatur post denunciationẽ nu. 4. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. facilius impeditur, quàm soluatur, nu. 2.*
Diuisio decretalis, & eius partes ubi
2 *Bannum quibus modis accipiatur, & quo hic.*
De Edictis uarijs ubi tractetur, & generalia quando habeant locum.
Actio generalis quo casu admittenda, in fin.
4 *Ignorare qui credantur, nu. 5. 6. 11.*
Post termini lapsum qui admittantur ad accusationem, nu. 5. 6. 10, 11. 13.
5 *In annis teneris quis dicatur constitutus,*
6 *Specialibus præmissis, clausula generalis subsequens omnia comprehendit.*
7 *Legitima causa quæ sit ad arbitrium iudicis pertinet, nisi specificetur.*
Arbitrium iudicis committitur quod non specificatur.
8 *Suspicio in teste, & accusatore quæ repellat,*
Accusator impropriè dicitur in matrimonialibus causis
9 *Epilogus, & suffragium, & additio glossarum, nu. 10. 11.*
12 *Ad synodalia statuta astringuntur omnes de diœcesi.*
14 *Tempus si nullum sit præfixum, quando ueniendum.*
Benedictio matrimonialis quando & ubi fiat.
15 *Decretum cum causæ cognitioni interpositum seruandum: aliàs non est decretum.*
Communio quid dicatur.
16 *Sententia an opus sit hic, ut nullus post termini lapsum audiatur.*

CAPVT VI.


1 Vm in tua. C. Repellitur † ab accusatione ma-
trimonii, qui denunciationis tempore ta
cuit, nisi denuncianonem probabiliter
ignorauerit, uel iuret de nouo didicisse, quæ nũc ma
litiosè non obiicit. & primò ponitur quæst. 2. ibi, su-
per quo, distinguens solutio. & secundum mẽbrum
ibi, alioquin, quòd primò soluit, causam interserens.
Secũdo excipit ibi, nisi. exceptionem amplificat ibi,
quia, & causam reddit ibi, Quoniam. & ut dicit glos.
pars huius, de spon. cum in tua, & alias duas ibi addã
[*Post contractum*] non ideò dicit, quia ante cõtractum
2 † facilius auditur. facilius enim impeditur, quã solua
tur, supra de spon. cum in tua, &. c. præterea [*Banna*]. i.
denunciationes. alibi ponitur pro mandato sub pœ
na pecuniaria facto. 16. q. 1. statuimus. Gosr. Erant au
tem banna, quòd scientes impedimentum intra cer
tum tempus deferrent, de clande. despon. c. fi. de ua-
3 riis † edictis uide, quod dixi de except. dilecti, in gl. er
go erat. dicebat autem hic Innocẽ. quod locum ha-
bent generalia edicta, ubicunq; plures admittuntur
ad agendum, uel contradicendum, uel aliquod simi
le, ut in restitutione, in matrimonio, in adoptione,
& in natalibus, supra qui fi. sint le. lator. ff. de adop. nã
ita. C. si. ut se ab hæredi. ab. auct. ibi posita. Et est ra-
tio, quare in talibus proponitur sic generale, quia ne
scitur, quæ certa persona debeat citari, sicut dicitur
de electione actionum. ff. quorum leg. l. 1. §. 2. [*Feruo-
re*] adeò quod † furiosus erat, uel quasi, scilicet factus
4 erat Phreneticus, supra de reg. sicut tenor, &. c. sicut
nobis, supra de succes. ab intesta. c. fi. Ho. [*Exilium*] po
test esse exemplum uerbi præcedentis, ut sic hoc ac-
ciderit ex infirmitate, uel est exemplum per se, & sic
intelligitur de furioso habente dilucida interualla,
qui denunciationis tempore inciderat in furorẽ. C.
de cur. fu. l. penul. 3. q. 9. indicas. 7. q. 1. quamuis triste.
5 Hostien. [*Teneris*] pura † minor. 14. secundum quos-
dam: uel forte sufficit, quòd sit doli capax, infra de
delic. puc. c. 1. quia cuilibet, qui peccare potest, dictũ
est illud, Si peccauerit &c. 2. q. 1. si peccauerit. 24. q. 3.
tam sacerdos. aliàs regulariter nõ admittitur minor
agens, instit. de curato. §. item inuiti, secundum Inn.
6 [*Alia † causa*] quæcunque sit illa. præmissis. n. clausu-
lis specialibus hæc generalis omnia comprehendit.
sic supra de rescrip. sedes, de commo. c. uno. ff. de ne-
go. ge. negocium. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæ-
situm. Hostiẽ. puta excommunicatus erat illo tem-
pore, & sic non fuisset admissus ad accusationẽ, Pe.
7 & Abb. [*Legitima*] ad arbitrium † iudicis, ex quo non
specificatur aliter. s̃. de of. dele. de causis, nec. n. pos-
sunt omnia specificari. ff. de legi. nõ possunt. ff. de ṽ s.
uerbis. l. 4. Hosti. [*Tunc*] s. quando præstant iuramen-
tum tale, nec aliàs sunt suspecti: aliàs cõtra. s̃. de spõ.
cum in tua [*Illos*] à quibus audiuit [*Culpabilis*] no. ꝙ
8 quamuis in causis matrimonialibus testis suspectus
repellatur, & si culpabilis non sit, supra de testi. licet.
non tamen accusator, imò necesse est ad hoc, ut re-
pellatur, ꝙ suspicio ex culpa propria oriatur, ut hic,
& supra eo. significante, secundum Iacobum. Nam
in causis matrimonialibus impropriè dicitur accu-
9 sator, supra de procu. tuæ Ho. ¶ † Gl. 4. obiicit, & sol-
uit. ¶ Antepen. glo. alleg. tres concor. quærit, arguit
pro, & soluit contrarium, finis respondet per quæst.
¶ Penul. gl. inducit duas concor. & elicit unum no.
¶ VI.

¶Vlt. glo. ponit diuersitatem, quærit de ratione ip-
sius, & soluit. Iterũ quærit, arguit pro, & cõtra, ponit
opi. Io. ¶ † *In glo. ante pe. ibi, diffamari*] uide in ca. licet, su-
10 per. 1. glo. ¶ *In gl. ult. ibi, uitin*] uide de resti. spo. sæpe, su-
per glo. pe. [*& ibi, cum quidam, in fi.*] si fundus est per fi-
deicommissum restituendus libertis, quos uolet hæ
res, si antequam prætereat iustum tempus, quo po-
terat hæres eligere, mortui sunt alii liberti, debetur
superstiti [*& ibi, si filius. 2.*] uide de testi. cum uenisset,
super glo. 2. [*& ibi, promisso*] uide de æta. & qua. præte-
rea, super ult. glo. [*& ibi, ab eo*] uide de renun. post trã
slationem, super glo. statim [*& ibi, quod dicimus*] uide d
elec. quia propter, super glo. 1. incontinenti [*& ibi. § ult.*] incipit, sed quod simpliciter, uide de loca. potuit
super. 7. gl. ¶ *In glo. 1. in fi.*] & de testi. cum in tua, & de
11 deci. cum in tua. ¶ *In glo. 2. in fi.*] dixit Hosti. quòd hæc
gl. cadit competentius super uer. existebat. unde ex-
ponit, uel aliàs etiam in præsentia non potuit, ut qa
surdus erat, nec intelligebat, quid ageretur supra de
spon. cum apud: quia nullo modo audiebat. C. qui
tes. fa. pos. discretis. ¶ *In gl. sed quomodo, ibi, impedimentum*]
uel sciebat consanguinitatem, sed non cõprehende-
bat, quod illa impediret matrimonium. ¶ *In gl. & ideò in fi.*] & per hæc iura † arguit Ho. quòd omnes illi, qui
12 sunt de dioec. astringãtur ad statuta synodalia. ¶ *In gl. & ita. ibi. licet*] & de test. præsentium, li. 6. [*& ibi, tua*] &
ibi, hoc tenet Ber. & Ho. præcise. quando fit denũcia
tio ad peccatum corrigendum [*& ibi, dicas,*] secundũ
Ioã. & Vin. [*& ibi, dixi forte*] hoc dixit, quia Io. & Vin.
non posuerunt illud, forte [*& ibi, non prodest*] idẽ Phi.
13 [*& ibi, præiudicat eis*] quin † ipsi, uel alter ipsorum pos-
sint impedimentum deferre. & matrimonium accu
sare [*& in fi.*] quid de illo. qui tacuit, quia alius cõtra-
dicebat, quem postea docet fuisse præuaricatũ, nõ
nocet. ff. de præua. l. 3. Host. aliàs uero, si illum nõ do
ceret præuaricatum, non audiretur, secundum Inn.
etiã illud ignorasset, scilicet alium accusasse, de hoc
infra de accu. de his. ¶ *In gl. pe ibi, eliditur*] tu dic, quòd
iuramentum non elidit hanc præsumptionem, quia
non præstatur hoc super eo, de quo erat præsumptio
scilicet super ignorãtia edicti publicè propositi, sed
super ignorantia impedimenti. ¶ *In glo. ul. ibi termino*]
14 quid si nullum † tempus fuisset præfixum, ueniat tũc
infra modicum tempus. tamen cum quodam tem-
peramento est hoc intelligendum per iura, quæ in-
fra ad hoc alle. glo. secundum Inno. & Hosti. & uide
quod dixi, de ap. cum parati, in glos. forte certum [*& ibi, Io. dixito*] & Vin. [*& ibi, integra*] ad hoc infra de præ
ben. si tibi. Go. dicebat eum admittendum usque ad
diem solemnis benedictionis, quæ debet consuma-
tionem præuenire matrimonii, 30. q. 5. c. 1. & 2. & ca.
sponsus, quod reprehendit Host. dicens cum gloss. &
forte Gof. habuit eundem intellectum secundum il
lorum locorũ consue. ubi in benedictione, uel post
matrimonium contrahitur [*& ibi, admitti*] etiam si in
banno fuerit dictum, quod post terminum non au-
diretur, argu. op. ff. de opti. le. l. mancipiorum, & l. si
a optio. §. fi. secundum Inn. [a] secundum quem, ubi de
15 cretum † cũ causæ cognitione interponitur, est om-
nino seruandum. C. commi. epi. l. ea, quæ, elapso, etiã
tempore à lege constituto, non liceret aliquid pro-
ponere. C. de adul. ob commissa, etiam si lex sit mu-
nicipalis. ff. de decur. ab or. fac. l. fi. ubi uerò decretũ
interponitur sine causæ cognitione, potius censetur
comminatio, quàm diffinitio. C. comm. epi. l. inter-
locutio. & idem Hostien. & uide, quod dixi, de resti.
in integ. c. 2. super glo. non uidetur, & super ulti. glo.
& quod dixi de procur. in nostra, super glo. ulti. uer.
ad hoc dicendum, & cum uer. seq. [*& in fi.*] ad hoc su
16 pra † qui fi. sint le. lator. C. de remis. pi. si eod. C. si ut
se ab hæredita. ab. auct. ibi, posita. Dicunt tamen
quidam sententiam hanc scilicet, quòd nullus dece-
tero contra illud matrimonium audiatur, necessa-
riam esse ad hoc, ut nõ audiatur. C. de ingenuis ma.
diffamari sed ad hoc prodesset sentẽtia: quia & si ma
trimonium non sequitur, post sententiam non audi
retur: secus, si non esset lata sententia, ut dictum est,
secundum Innocen.

ANNOTATDIONES.

a ¶Inno. Vide glo. in c. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & ad mate riam faciunt iura de purgatione moræ loquẽtia, de quo in c. mora, de reg. iu. li. 6. & uide glo. post tempus, in c. quia diuer sitatem, de conc. præb. & plene Bar. in l. si insulam. ff. de uer. obliga.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, seu dispositio tituli.*
Diuortia dupliciter fiunt.
2 *De eis ubi tractetur alibi, quàm in hoc titulo.*

De diuortiis. Rub.

1 Viso † qualiter matrimonia coniungantur, & accu-
sentur, uideamus, qualiter dissoluantur, & sic de di-
uor. quæ fiunt quandoq; quò ad uinculum, quan-
doq; quò ad mutuam seruitutem tantum, ut inf. pa
2 tebit. habetur † materia. 28. q. 1. & q. 7. per totum. 33.
quæst. 2. 35. quæst. 6, ab isto, & duobus capitulis sequ.
& q. 9. per totum, congruit Rubricæ, de transla. ca. 2.
& ult. de testi. Albericus, de iureiuran. Quintauallis,
& capitu. sequ. de regula. ueniens, de excess. prælat.
quam sit.

SVMMARIVM.

1 *Consiliatu pro machinata.*
Homicidij non tenetur defendendo commissi.
Glossa olim facta de contextu postea.
2 *Decretali huic quando locus.*
Viri famæ, & malo fortius uitæ parare tenetur uxor.
3 *Cum uxore insidiatrice uitæ an & quando teneatur uir cohabitare.*
Machinata in uirum in quam incidat pœnam, ad dictio. coniugij.
4 *Machinatio sola sine adulterio an dirimat matrimonium postea cum interfectore contractum.*
5 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 6.*
Matrimonium quæ crimina dirimant, remiss.

CAPVT I.

1 
I qua mulier. Breue est [*Consiliata*] & † sic machinata, supra de eo
qui du. in ma. significasti. Host. [*Illorum*] qui de cõsilio uxoris ipsum uo-
lebant occidere [*Defendendo*] ideò nõ
tenetur, de hom. c. 2. [*Post mortem uxoris*] hæc olim erat glo. Alani. aliàs dici oportebat de-
cre. correctam, & loqui secundum leges, quæ etiam
non tenent. C. de repu. consensu, in auct. de nupt. §.
occasionem, & in auct. ut li. ma. & aui. §. quia uerò.
2 Vin. dicebat † decre. loqui, cum mulier propter adul
terium insidiabatur uiro: quæ enim famæ uiri parce
re tenebatur, multo fortius ipsius uitæ. ff. de adul. si
adulterium. §. si liberto. & hoc dicebat, propter an,
quæ dicebat, quòd hoc casu uir poterat dimittere

uxorem

uxorem[*Insidiatrix*]uitæ mariti:aliàs mediatrix nun-
3 quid † cogetur uir habitare cum uxore,quæ sic insi-
diatur,nec refrenari potest:non puto , ex quo nulla
potest cautione mederi . imò potest eiici , & restitu-
tionem petenti obstabit hæc exceptio, supra de rest.
spo.litteras.§.fi.attamen,quamdiu uiuet, contrahe-
re non poterit,infra capit.proxi.[*Pœnitentia*]sic supra
de eo,qui.co.con.transmissæ,Hosti. [*Coniugi*]scilicet
istius,in quo modo est , si maritus contra eam nelit
excipere,& post mortem sine spe cuiusq; alterius. &
4 dicit Hosti.hoc esse contra opi.Gof. quod sola † ma
chinatio sine adulterio,non dirimat matrimonium
postea cum interfectore contractum.hoc no. de eo
qui du.ca.fi.nam si sola machinatio tollit beneficiũ
huius coniugii,& cuiuslibet alterius,ut hic cõtra de
cre.ultimam. de spon. fortius debet dirimere matri-
monium tam inique cõtractum[*Subiecta*]post mor-
5 tem mariti.Pe.& Abb.¶ † Gloss.2.arguit,ad c.4.iura
signat unum cõtrarium,& ibi remit.finis soluit quæ
6 stionem.¶*In t gl.2.in fi.*]idem.Hosti. qui circa crimi-
na,quæ dirimunt , remittit ad ea,quæ no. in sum.de
matrimoniis.§.qualiter impediatur, uer. sunt & alia
quædam,& sc.& de spon.§.fi.uersi.item decimò.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges propter alterius crimen non separantur , excipitur ca-
sus.*
*Ob fornicationem spiritualem an separetur matrimonium etiam
quò ad solutionem debiti,& nu.2.*
2 *Sanctorum,& Apostolicorum interpretationi standum.*
Factum pro conatu ponitur,ad uerb.traxerit.
3 *Additio glossarum.*

CAPVT II.

1 Væsiuit. C.Coniuges † propter al-
terius crimen non separã
tur,nisi spiritualiter fornicentur:& tunc
durat coniugium eis etiam separatis. &
sunt tria dicta.secundum ibi,Verum,tertium ibi , in
uiris[*Crimine*]quodcunq; sit illud. de uitio sodomiti-
co dicam,infra de adul.maritis [*Viri*]i.à uiro com-
misso. multo minus propter proprium,supra capit.
proxi.[*Nisi*]non excipit à dictis,sed dicendis. Inno.
imò à dictis,inquantum dixerat,uel alio crimine(*Fi
dei sua*)sunt, qui dicunt , quòd pro spirituali fornica-
tione non separatur matrimonium nisi quò ad mu-
tuam seruitutem . unde tali sententia non obstante
quò ad solutionem debiti omnino remanent obli-
gati,& præcipue mouentur ex eo, quòd solam cau-
sam fornicationis excepit.& constat,quod loqueba
tur tantum de carnali.Host.dicit hanc op. erroneam
nam dominus non expressit specialiter carnalem ,
sed potius indistinctè locutus est,ut patet Matth.19.
ergo indistinctè debet intelligi. ad hoc supra de pri-
2 uileg.quia circa:& sancti † & apostolici interpretati
sunt,hoc idem intelligendum de spirituali , ut. 28.q.
1.uxor.&.c.se.ad hoc infra eo.de illa,de conuer.con
iug.capit.fin.& eorum interpretationi stari oportet,
ut patet qui fil. sint leg. per uenerabilem. §.rationi-
bus,de cele.mis.cum Marthæ.§. 1. de conuer.coniu.
ex publico,&.c.ex parte. & in fidei fauorem expedit
sic sentire:aliàs timeri posset, quòd infidelis conten
tus de debiti solutione non curaret ad fidem reuer-
ti,& si debito se uideat fraudatum, facilius reuerte-
tur,ut colligi potest,infra eo.gaudemus , secundum
Hosti.(*Infidelitatis*)idem,si ad aliud peccatum, inf.eo.
quanto.quod dic ut ibi.Innocẽ.(*Maleficium*)i.ad cor-
ruptionem fidei, idest idolatriam.T.(*Traxerit*)i.con-
trahere.Innocen.[*Alij*]primo uiuente,supra capitu.
prox.[*In uiris*]supra de spon.ex parte[*Sententiæ*]ponẽ-
3 do,scilicet casum ẽconuerso.¶*In t gl t.ibi,supra e.prox.*
quod dic.ut ibi dixi.¶*In gl.ult.in fi.*]& infra eo. gaude
mus,uersic.si ergo.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem uir non potest dimittere sine iudicio ecclesiæ etiam
propter notorium impedimentum,an propter fornicationem,
numer. 3.*
*De matrimonij impedimento etiam sola fama deferente potest
episcopus inquirere,& confessiones coniunctorum,& quorum
nu. 5.*
2 *Episcopus,ergo disertus, & ratio , Ad eius officium quæ perti-
neant circa matrimonium nu. 6.& .12.*
*Talis quis præsumitur esse,qualis esse debet in eo officio,cui præ-
ponitur,nisi euidenter appareat contrarium.*
3 *Suspicio uiolenta comparatur facto.*
*Fornicariam uxorem qui admittit scienter absq; reconciliatione,
puniendus est.*
*Debitum coniugale quibus casibus hic liceat uiro denegare uxo-
ri,etiam excommunicato.*
4 *Vxor superinducta non excommunicanda,nisi discedat à uiro,nisi
sit quieta,uel uocata, ut intersit.*
*Impedientem quemlibet executionem iudicis potest excommuni
care iudex.*
Inter publicum , & manifestum differentia.
Consanguinitas , uel parentela quorum dicatur notoria.
7 *Grauitas quomodo adhibeatur,si eam adhiberi mandetur.*
8 *Epilogus,& suffragium glossarum.nu.9.*
10 *Additio glossarum, & nu.seq.*
Ordo iuris an, & in quibus seruandus in notoriis.
11 *Diuortij sententiæ an & quo casu sit pœna.*
Spoliatus in causa matrimoniali quando sit restituendus.

CAPVT III.

1 Porrò. Casus,Vir non † potest dimit
tere uxorem sine iudicio ec-
clesiæ etiam propter notorium impedi-
mentum coniugii , etiam nemine oppo-
nẽte episcopus potest inquirere 2.ibi,Præterea(*Eam*)
scilicet uxorem[*Cognatam*]idest consanguineam Ho
stiẽ.uel propriè: quia forte fuerat uxor fratris ipsius
uxoris defunctæ,uel forte,& ipsa,& uxor comitis de
functa,fuerant prius uxores duorũ fratrum,& sic al
legabat secundum,uel tertium genus affinitatis, qđ
bene habebat prohibitionem secundum hæc tem-
pora,supra de consan. non debet[*Proponit*] sed non
probauit,nec ad iudicium ecclesiæ super hoc recur
sum habuit, ut sequitur:aliàs iusta est causa petendi
2 diuortium. Hostien.[*Prudentia*]ex quo † episcopus,
ergo discretus,quia talis debet esse,de consan. capit.
t.in fin. nisi propter euidens factum appareat con-
trarium,supra de tempo.or.uel non est Hostiẽ.[*No-
toria*]per publicam famam,aliàs uix posset esse noto
rium. Innocen. Hostien. contra per id,quod sequi-
tur in fi.[*Absq; iudicio*]duas huius iuris causas ponit
3 glo.dixit Hosti.quod † communis est opinio,quod
etiam propter fornicationem non licet uiro relin-
quere uxorem,nisi sententia prius lata. Ipse tamen
dicit,quod quo ad debitum reddendum iam est sen
tentia lata à iudice Iudicum,qui ob causam fornica
tionis ipsam iubet relinqui,ubicunq; est fornicatio,
uel fornicationis suspicio, scilicet uiolenta secũdum
Io.32.q. t.dixit.aliàs,si non reconciliatam sciẽter co-
gnosceret,puniendus est.ea. quæstio.si quis uxorem
&.c.se.quò tamen ad aliam mutuam seruitutem po
test hoc facere , non tamen est necesse. unde secu -
dum

dum Aug. dominus hoc permisit, non lusit. q. 7. ca.
1. & capit. 2. & cap. alias, & capit. sequ. de eo, qui cog.
discretionem, uersic. nam & si. & ideò propter hoc
non est recurrẽdum ad alium iudicem. primò quia
semel concessum est. ff. de condi. insti. quæ sub cond.
§. fin. 28. dist. de his. secundò si contra pronunciaret,
non naleret sententia, ut in præ. capit. de his, & 21. di-
stinct. inferior. quantum ad lucrandum dotem do-
minus nec iubet, nec permittit: quia nec de hoc lo-
quitur, & ideò est ad iudicem recurrendum, de hoc
infra tit. 1. plerumq;. ubi tamen quò ad debitum, &
mutuam seruitutem, etiam ob causam fornicatio-
nis sine auctoritate ecclesię uxor relinquitur, sem p
ecclesia ipsam audiet, donec sibi fuerit de adulterio
facta fides, infra cap. sequ. quia non iudicat de occul
tis, infra de simo. tua. in fi. uir autem aut eam recon-
ciliabit. aut, ex quo de fornicatione certus est, in pa-
ce sustinebit excommunicationis sententiam. infra
de sen. excomm. inquisitioni, de adulte. si uir. dicit ta
men se de hoc spaciosus tractasse in sum. de adulte. §
quæ pœna, uersic. sed nunquid hoc fieri, & se. [*Separa
ri*] debitum uerò denegare debebit, si conscientiam
habebat de parentela. licet pro quacunq; notoria
consanguinitate non deberet uxorem dimittere. iu-
dex tamen, ex quo notorium est, ipsam non restituet
quò ad thorum, infra cap. prox. supra de restit. spol.
4 litteras. Inno. [*Superinductam*] conuictam † uel saltem
citatam ad causam, ut intersit. si. 7, q. 1. præsentium, &
capit. cum, qui. 3. q. 6. hoc quippe. 2, quæ. 1. in primis.
Vincen. [*Astringas*] idem in quolibet alio impedien-
te, supra de offi. delega. capit. 1. Hostien. [*Cognatam*] ex
pone, ut supra [*Seu publica*] dixit Vincen. quid publi-
cum per famam: manifestum per euidentiam [*Quod*]
scilicet parentelam esse manifestam, uel publicam.
Pe. & Abba. [*Primo*] ut frater, & soror [*Secundo*] ut filii
duorum fratrum. hæc autem potest dici notoria:
quia fratres & filii duorum fratrum euidẽter se ostẽ
dunt uicinis. ulterius uerò non sic. ut patet de con-
5 san & affi. non debet. quando ergo † fama est de ali-
quibus. quod primo, vel secundo gradu sibi attinẽt,
& ipsi hoc fatentur, & iurant, potest sine calumnia
tale matrimonium dirimi, & sic nulla alia probatio
recipiatur, & sic potest intelligi. 35. quæstio. 6. si duo.
quod dic. ut no. supra de despon. impu. attestationes
& uide, quod dixi de eo, qui co. con. super eo, super
glos. 1. sed & si sola fama sit de ulterioribus gradibus
episcopus hoc potest ex officio suo inquirere, & co
gere inde testificari eos, qui ueritatem nouerint. 35.
quæst. 6. episcopus in synodo, de testi. co. præterea. su
pra de offi. ord. ca. 1. & 2. quæst. 1. deus omnipotens.
& qui hoc scit, denunciare debet, de co. spi. tua [*Offi-*
6 *cij*] ad quod † pertinet pro matrimonio stare, infra
eod. ex litteris, & colludere uolentibus resistere, de
eo qui co. super eo. & illicitum etiam inuitis coniu-
gibus dirimere, & ueritatem inquirere, supra de spõ.
sicut, & cap. cum in tua. Hostien. (*Grauitate*) præmit-
7 tendo † denunciationem, de qua supra, qui fil. sint
leg. per uenerabilem, uersicu. præterea. & ne de faci-
li notorium repures, quod est occultum, uel econ-
tra, de app. consuluit, infra de rescript. cum contin-
gat, & quod non sit promptus ad matrimonia sepa-
8 randa, supra de testi. licet ex quadam, in fin. ¶ † Glo.
1. arguit, alle. tria iura, & 4. in contrarium, & soluit.
¶ Gloss. 2. reddit duplicem rationem. ¶ Gloss. 3. al-
lega. 3. concor. signat unum contrarium, & soluit.
9 ¶ † *In glo. 1. ibi, proinde, in fi.*) 2. nullæ sunt partes iudicis
10 in confessum. ¶ *In* † *glo. 1. ibi quò ad sententiam*] & cita-
tionem, ut ipse no. de iureiuran. ad nostram. in gloss.
1. aliàs. 2. & de pur. ca. capit. penult. (*& in fi.*) Vincen.
dicebat Hostien. in examinatione non est seruan-
dus ordo iuris. ut in contrariis. nisi id fiat ad caute-
lam, de elect. bonæ. 1. §. contra: uel nisi sit notorium
in una terra & non in alia, ubi quidem dantur. 8. dies
tantum ad probandum, die obiectionis non com-
putato infra de senten. excommun. solet, de except.
pia, lib. 6. In sententia uerò semper seruandus est or-
do iuris, ut hic, & de sen. excomm. sacro, de ap. cum
11 speciali, ff. ad l. Aquil. proinde in fi. ¶ *In gl.* † *2. ibi, pœna
est.*) propriè cum fit propter adulterium: aliàs pro-
priè dicitur sententia (*& in fi.*) fuit gloss. Vincen. & di
cebat Ala. & Vincen. & Hostiẽ. hoc esse perpetuum,
ut restituatur spoliatus, ubi matrimonium est con-
tractum auctoritate ecclesiæ, uel ex postfacto appro
batum: secus, ubi contra interdictum ecclesiæ. ibi
en.m ecclesia neutrum in possessione tuetur. ¶ *In gl.
3. in fin.*] uel hic papa loquitur positiuè: ubi dicit,
quòd si etiam parentela &c. ¶ *In gloss. 4. in fin.*] 1. in fi.
12 ¶ *In* † *glo. & si non esset, ibi, officio suo*] sicut & discordes
bene coniunctos ex officio suo reconciliat, & ad co
habitandum compellit, supra de spõ. ad id quod [*&
ibi, prohibeat*] de iureiur. ad nostram. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vxor repellitur petens restitutionem mariti, si notoriè fornicata est, nisi in casu, & quo nu. 4. & 9.*
2 *Credendum non est omni spiritui.*
Præsumptio uiolenta pacificatur certo.
Incestus esse quando dicatur
3 *Fornicatio notoria quæ.*
4 *Restitutio nunquam facienda, ubicunq; est notorium & quid.*
5 *In correlatiuis non fit unum sine reliquo.*
Vir, & uxor correlatiua.
Adulterium coniugum per quam uiam possit concurrere alia de eo uide nu. 8.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*
Negocia sua committenti minori imputatur.
Deiectus dicitur, qui sponte exiens, rediens non admittitur, in fi.
Compensatio fit doli. §. 1.
Mora ultima nocet, ibid. in fi.
8 *Additio glossarum, & nu. 9.*
Adulterium præcedens spoliationem non præiudicat restitutioni secus, si sequatur, & quando compensetur, nu. 9. & supra nu. 4. de eo alia nu. 5.
A possessione est separata causa criminis.
9 *Probatio facit notorium.*

CAPVT IIII.



1 Ignificasti. Casus. Repellitur
† uxor, petens re-
stitutionem mariti, si notoriè fornicata
est. & maritus continuit. Et communis
diuisio. 2. ibi, consultationi [*Suggestum*] nimis fuit cre-
2 dulus. non † enim credendum est omni spiritui. 86.
distinct. si quid. nec licet marito etiam ob hanc cau-
sam illam dimittere, nisi illud sit certum, uel saltim
præsumptio uiolenta sit inde 32. quæstio. 1. dixit. &
ideo iuste excommunicatur secundum Hosti. (*Suo*)
uiri, uel mulieris, & utroq: casu fuit incestus, de con
3 sang. capit. 2. (*Sobole*) ex quo † de sobole constat, non
potest esse non notorium. si in 11. mense à tempore,
quo uir eam dimisit, peperit. in auten. de restit. & ea,
quæ pa. in. 11. mense. §. unum siquidem. col. 4. Hosti.
(*Nec*) sub. ideò (*Postulat*) siue agatur petitorio, siue
4 possessorio, iustè denegatur † ei restitutio, cum adul
terium esset notori. sic quod non poterat inficiari
super terram testimonio gradiente. 28. distinc. prius-
quam. nec est speciale in matrimonio. imò ubicun-
a que est notorium facti actu permanentis, ut hic,
uel

uel fur. nunquam facienda est restitutio. & sic potest
intelligi. ff. de doli except. dolo, & hoc uerum, quan-
do notorium est iudici, uel aliis, & non iudici, sed ꝓ
bationes sunt in promptu; secus, si terminus diffu-
sus & prolixus petatur secundum Innocen. & Host.
supra de resti. spo. literas, uer. præterea [*Viro*] debuit
5 dicere uirum sibi: sed correlatiua sunt, nec fit vnum
sine reliquo. Host. [*Materiam*] per subtractionem ne-
cessariorum, uel per subtractionem debiti [*Recipien-
dam*] quamuis sine iudicio ecclesiæ illam dimiserit.
de hoc, supra c. proxi. & infra de adul. c. penul. in fi.
[*commisisse*] hic venit adulterium uiri per uiam repli-
cationis an uerò per uiam accusationis possint con-
currere, uide quod no. trigesima quæstione sexta nil
6 iniquius. ¶ † Glo. 1. obiicit, & de eo opinionem po-
nit, quā reprobat. quærit, arguit negatiuè: soluit cō-
trarium. iterum quærit, & soluit. ¶ Glo. 2. quærit, &
soluit. ¶ Vlti. glo. signat contrarium, & remittit. ¶ *In*
7 † *glo. 1. ibi, cum mandata*] imputatur domino, qui mino
ri cōmisit negocia sua [*& ibi, cum mulier*] uide de eo,
qui co. consan. discretionem, super glo. 1. [*& ibi. §. in
hac*] pe. est. uide de testi. sicut, super glo. 3. [*& ibi. l. 1.*]
alias. 2. §. si publico. uide de or. co. ca. 2. in glo. penul.
[*& ibi. §. ult.*] incipit, qui ad nundinas. uide hanc, &
se. de resti. spo. olim. 1. & 2. glo. ut scias [*& ibi. §. fine an-
tem*] deiectus dicitur, qui sponte exiens non admit-
titur. ¶ *In glo. ult. ibi. §. sed & si*] si stipulator dolo pro-
missoris, & econtra non steterunt in iudicio, fit cō-
pensatio [*& ibi. §. iudex*] uide de eo, qui co. con. di-
scretionem, super glo. 1. [*& ibi, Marcellus*] uide in de-
cre. dilecti, statim allega. in ulti. gloss. in gloss. prima
[*& ibi, concedebat*] ut not. in capitulo si tu abstines. &
idem Hug. & Bam. [*& ibi, est uerum*] secundum Vin-
cen. T. & Ioan. Idem Goffredus & Phi. [*& ibi, inui-
tam*] Idem, si uolentem [*& ibi, spoliatas*] facit, quod
not. de infan. & lang. capitulo uno, & idem not. de
restitu. spolia. literas, in gloss. 2. & de adul. intellexi-
mus, in gl. 1. & in spe. de spon. §. fi. in uer. 1. & in uer.
ibi se. tractat de expensis, de quibus sequitur in glo.
[*& in fi.*] hoc uerum, quia ultima mora nocet. ff. de
8 peri. & com. rei uen. l. illud. Hosti. ¶ *In* † *glo. 2. ibi, quòd
non*] secundum Ala. etiam Tan. Hostien. Gof. autem
secundum Ioā. no. hic & supra de eo, qui du. in ma.
ex literarum, quòd hęc decr. loquitur de adulterio,
quod secutum est spoliationem, per quod sibi præ-
iudicat mulier spoliata in restitutione consequen-
da: adulterium uerò pręcedens spoliationē sibi non
obstaret: quia separata est causa criminis à possessio
ne. C. de dona. inter ui. & uxo. si maritus, de rest. spo.
item cum quis. ad hoc, supra cap. proximo, uide de
hoc, quod no. de adult. capitulo fina. ¶ *In glo. ulti. ibi,*
9 *prius*] dicit Innocen. quod † ad hoc ut hoc casu re-
plicatio adulterij uiri repellat exceptionē ipsius uiri
de notorio adulterio mulieris, necesse ē adulterium
ipsius etiam esse notorium. dicebat Host. cum gl. ꝙ
non fiet restitutio, donec uiri adulterium sit proba-
tum. & forte eundem intellectum habuit Innocen.
cum per probationem efficiatur notorium, de uer-
bo. signi. cum olim. unde postea submittit, quòd au
diētur probationes mulieris, & fiet restitutio si pro-
batur adulterium uiri. Dicunt autem, quod cum
propter adulterium mulieris uir petit diuortium. &
mulier excipit de adulterio uiri etiam non notorio
audientur utriusque probationes, de adulte. capi-
tulo penultimo, & ulti.

ANNOTATIONES.

8 ¶Notorium. Vide Ioan. And. de fil. presby. constitutus, super
secunda gloss. & in capitulo in literis, de restitu. spolia. & Bar.
de restitu. spolia. in rub. & optime de materia uide in deci. Ro
in l. naturale. §. nihil, ff. de acquir. pos. & uide Ioan. And. in spe.
tæ conclu. 22. & an idem sit in reuocatione attestatorum, uide
de conclu. 22.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reinte-
gratur, si postea fornicetur, & nu. 10. 11.*
Diuisio decretalis. erat olim sub alio titulo, nu 4.
2 *Violentia purgatur etiam paucis diebus, & carnali copula.*
Paucorum numerus saltem duo comprehendit.
3 *In iure, idest coram iudice.*
Confessioni coniugis creditur ad tori separationem.
*De uxoris alimentis ubi scribatur, & an pro eis bona mariti sint
obligata.*
Furtim. idest clam, in fi.
4 *Clandestinum matrimonium multis dicitur modis.*
5 *A correctione non appellatur, & quando dicatur correctio, iun-
cto contextu.*
Compensatio mutua fit adulterij.
6 *Debitum coniugale reddere quo casu alterum coniugum alteri
hic episcopus.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 8.*
Necessitas excusat duobus casibus hic.
*Rei iudicatæ exceptionem iniquissimam proficere ei, contra quē
iudicatum est. §. 1. excipitur in fin. & nu. 11.*
9 *Additio gl. ßarum, & nu. 10.*
Confessio an & quando reuocari possit.
10 *Super adulteria lata sententia an & quando transeat in rem iu-
dicatam, & num. 11.*

CAPVT III.

1 EX literis. Casus. Matrimonium
† separatum propter a-
dulterium mulieris reintegratur, si uir
postea fornicetur. Communis diuisio.
2. ibi, Vnde fraternitati. Consultatio narrat quinq;
1. allegationem uiri de ui, & metu 2. ibi. Tandē. ac-
cusationem adulterii, & mulieris confessionem, &
excusationem. 3. ibi, Cumque, iudicis monitionem,
cui mulier non parebat. 4. ibi. Sane, sententiam, uel
ordinationem iudicis. 5. ibi, Memoratus, uiri contra
ctum, & ipsius appellationem [*Qui*] uir & uxor [*Pau
cis*] licet † paucis, purgata tamen esset turpitudo uio
lentiæ, supra de spon. ad id quod, & capitulo consul
tationi, cum si. & iste numerus saltem duos dies cō-
prehendit. 4. quæstione tertia, ubi numerus. quod
sufficit, si erant ætatis legitimæ, maximè si in carnis
copula concordauerunt, supra titulo primo, in sup.
[*& infra*] forte hic deciditur, quòd propter causam
3 expressam, supra glo. proxi. non fuit auditus [*In* † *iu-
re*] i. coram iudice, quod fieri debet, quod dic, ut su-
pra capitulo porrò. Hostien. [*Confiteri*] cui creditur
in hoc casu, cum agatur ad tori, nō ad uinculi sepa-
rationem, de hoc de eo, qui eo. con. super eo. Est &
alia inter hæc, differentia, quæ patet, supra ut lit. non
contesta. capitulo primo [*Necessarijs*] de alimentis
uxoris satis no. in spe. qui fi. sint leg. uersi. nunc dica-
mus. & an bona mariti sibi sint pro alimentis obli-
gata, sicut pro dote, in spe. de dona. inter ui. & uxo.
§. 2. uer. sed nunquid bona [*Prouidere*] quærit excu-
sationem peccati. sic supra de cōsue. quanto [*Ad sug-
gestionem*] & falsò, Innocen. [*Asserebat*] more mulie-
bri, vel more surdi. Mat. 7. Goffre. Hostien. [*Iniunxe-
ris*] non sententiando, sed consulendo. Innocen. [*In-
uicem*] quia nec diuortium fieri poterat nisi quò ad
torum [*Furtim*] idest clam, Goffre. uel idest sine tua
4 conscientia. multis † enim modis dicitur matrimo-

plum clandestinum, ut not. de clande. despon. capitulo finali, Hostië. & ideò ponebatur olim hæc decre. in illo titulo, ut patet in secunda compila. [*Factum*] utrum. s. dictus uir contraxisset cum alia [*Explicans*] scilicet quòd cum secunda cõtraxerat [*Appellasse*] cui † appellationi non fuit deferendum, cum
5 à correctione non appelletur, de offi. or. licet. & ea. capitulo secundo, Hostien. [*Si res ita*] omnia superiora respicit, de rescriptis olim [*Redire*] argumentum contra supra capitulo proximo. Solutio cum per ipsorum confessionem constet de adulterio utriusque, mutua fiat compensatio, supra capitulo proximo, in fina. & sic concor. secundum Innocentium & Hostien. [*Compellat*] Ioannes. trigesimo, quæstione prima, nosce, in fine. ultima glossa, & trigesimatertia quæstione quinta, quod deo pari, in glossa secunda, allegat. hanc decreta. ad probandum, quòd
6 † si uir, & uxor promiserunt perpetuam continentiam, & alter fornicetur, licet reliquus debitum petere non posit: episcopus tamen illum ad id coget. sed ista decreta hoc non probat. vide quod plene scripsi, de conuersio. coniu. dudum, super uersi.
7 castitatem. ¶ Glossa prima signat contrarium. ¶ Glo. secunda quærit, & aliam quæstionem infert, quam soluit per. l. cui respondet, ponit opinionem, & soluit. ¶ Vltima gloss. quærit, arguit pro, & contra, soluit, ponit opi. Hug. quam reprobat in fi. no.
8 & remittit, & signat contrarium. ¶ *In † glossa prima, ibi l. ulti.*] excusatur pater, qui ex necessitate uictus distrahit filium [*& ibi, sed si post*] non committit ingratitudinem filia, quæ post uigesimũquintũ annum innupta peccat in corpus suum. ¶ *In glo. ult. ibi, quod fauore*] uide de mu. petitio. capitulo secũdò, super glo. secunda [*& ibi, sed hodie*] uide de conuer. coniuga. gaudemus, in secunda gloss. [*& ibi, euidenter*] sequitur, iniquissimum est proficere rei iudica. exceptionem ei, contra quem iudicatum est [*& ibi. §. ultimo*] uide de deci. ex transmissa, super prima glossa [*& ibi, non fraudantur*] uide de collusi. capitulo tertio, super ultima glossa (*& ibi, condemnatus*) prodest in hoc ut contra quem licet tunc insolidum agi non posset, ut le. Paulus (*& ibi, nec enim*) uide de adulte. capi
9 tulo finali, super prima glossa. ¶ *In † glo. t. ibi, itane*) & de hoc, infra de fur. capitulo tertio, & Hostien. remittit ad summam, de furtis. §. primo, uersi. sed quæritur quare (*& in fi.*) soluentibi. ¶ *In glo. 2. ibi, uideatur*) dic quòd forte sic, primò propter periculum animæ utriusque, quod in talibus imminet, de po. stu. bonæ, prim. secundò propter fauorem matrimonij, supra titulo proximo, uidetur, in fi. tertiò propter timorem collusionis, infra de coll. dete. audiuimus. Goffr. & Hostien. (*& ibi, per tormentum*) alias sponte in iure facta, etiam super crimine præiudicat ff. de eu. & exi. re. si confessus, de cle. per Inquisitionem, de conces. præ. capitulo secundo (*& ibi, reuocari*) ut sic æquiparetur causa matrimonialis causa liberali. C. de liberis. causa. le. interrogatam, secundum Vincencium, sed hic non erat causa de fœdere matrimonij (*& in fine*) imò posset, trigesimaquarta quæstione secunda, in lectum. uel sine calumnia hoc potest intelligi sic, scilicet quòd episcopus traxit mulierem ad patrem, & ibi fecit primam confessionem, & tunc episcopus admonuit illam, ut hic dicitur, & hoc casu si acquieuisset, bene poterat reuocari, sed ipsa hoc amplius manifestabat. Sed huic intellectui contradicit textus, Publicè. sed illud dicitur, quia coram episcopo, & socijs hoc fiebat, licet accusatore absente. vel dic, quòd adhuc non erat scripta confessio, & ideo statim, idest antequam contrarius actus interueniat, locus est reuocationi secundum ea, quæ no. de elec. quia propter, super uersi. mox. Hostiensis facit ad no. de iureiuran. cum in positionibus, in glossa, ut unum, li-
10 bro sexto. ¶ *In † glossa. tertia, ibi, uidetur*) contrarium uidetur ex illo uerbo, scilicet priuatim. nam si fuisset sententia, non fecisset id priuatim, sed publicè. & fuit quædam industrialis prouisio, vt uerum probaret, an ex collusione id factum esset. Goffre. Hostien. (*& ibi, sententia*) ita quòd ipsius sententiæ deinceps non obstabit exceptio, secundum Hostien. Dicit enim hoc casu potiora mulieris iura. Nam pro ipsa facit uinculum matrimoniale, quod nunquam fuit ruptum, ut not. supra capitulo secundo, ius naturale, à quo firmatur, insti. de iure natura. circa princip. quod semper stabile permanet eodem titulo. §. sed naturalia, & C. de uc. in. enu. lege secunda. §. sed quia auctor ipsius. quod dic, vt supra de frigi. capitulo finali, cõtinentiæ piculũ, sup. de co. q co. cõsan. Iordanæ, & q fi. legi. perlatum. Apostolũ præceptum, contra quod nulla debet obstare exceptio regulariter, de coniug. lepro. quoniam. Pro uiro facit adulterium à muliere commissum, sed deletur exceptio propter mariti adulterium, supra capitulo proximo, in fine. exceptio rei iudicatæ, quæ cum de iure ciuili sit, non est mirum, si ab alijs tanquam fortioribus eneruetur. imò nec sentẽtia lata propter adulterium transi in rem iudicatam, donec separata propter aduterium ingressa sit monasterium, & professa. cum prius maritus eam reconciliare possit inuitam, ut no. in glossa sequenti, quod non posset, si in rem iudicatam trãsiret. danda est igitur pro muliere sententia, cuius iura sunt potiora. C. de edic. diui. Adri. tol. lege finali, de post. præla. bonæ secund. ad finẽ. de his plenè in summa, eodem titu-
11 lo. §. quot modis, sub. §. generaliter. ¶ *In † glossa ultima ibi, condemnatus*) prodest in hoc, ut contra quemlibet tunc insolidum agi non posit [b]. Goffred. (*& ibi, ut Lauren. dixit*) sequens Pet. Hisp. Idem hic Vincen. & Goffre. Phi. Idem Hostien. donec religionem ingrediatur, & professa sit. placet Bartho. in domini. trigesimaquarta. unde dixit Goffre. supra de co, qui du. in matri. ex literarum, quòd lata sententia super crimine nocens innocentem nõ poterit de mona. reuocare, alle. decre. ultimam, de conuer. coniug. arguendo de spirituali fornicatione ad carnalem. dicit etiam ibi, quod ante sententiam etiam innocens ingredi non posset. intelligit cap. Agathosa, quando super fornicatione est lata sententia, aut quando is, qui reuocat, agit petitorio: quia repellitur prætextu adulterij: secus, si agat restitutorio: quia tunc non repelletur obiectu criminis, de restitutio. spoliatorum, item cum quis. C. de donationibus inter uirum, & uxorem, si maritus. ad decre. supra proximam respondebat, ut ibi dixi super glossa secunda (*& ibi, ubi de hoc*) & trigesimasecunda quæstione. 7. Apostolus, & uigesimaseptima quæstione secunda, Agathosa (*& in fi.*) dic ut infra de regu. iur. factum legitimè, libro sexto.

ANNOTATIONES.

a ¶Bona est ibi uide Ioan. And. d. Cy. Bal. & distin. Bar. de Sali. in le. quòd io oxo. C. de ngo. gestis. & Barto. post Di. in le. si cum dotem. §. sio autem. ff. so. matri.

b ¶Possit. Ea ui sententiæ. primæua enim actione potest, & ibi uide Barto. in l. Paulus, alleg. glo.

SVMMARIVM.

1 *Vxor à uiro lapso in hæresim si diuertat, quando redire compellatur ad eum. Quid si ob aliud eius diuerterit mortale peccatum,*

tum num. 2.

Diuortij sententia non obstat ei, pro quo lata est: sed ei, contra quem, & num. 3. distinguitur, & quando transeat in rem iudica. num. 3.

3 *Inter fornicationem spiritualem, & carnalem quæ differentia.*

Reconciliatio coniugum excluditur & quomodo, in fine.

4 *Epilogus, & additio glossarum. num. 5.*

C A P V T VI.

1 DE illa. Casus. Si † uxor à uiro lapso in hæresim propria auctoritate diuertit, ad eum reuersum redire compellitur: secus, si per iudicium ecclesiæ fuerat separata. secunda ibi, Si uerò. hæc decreta. loquitur de his, quorum alter ad hæresim labitur. Idem credo de duobus, quorum alter conuertitur [*Declinauit*] q̃siuisti, si marito reconciliato cogenda sit, ut ei cohabitaret. Hostiens. [*Maximè*] benè maximat secundum Hostiensem: quia idem est, si alia intentione discessit [*Nullatenus*] argumen. supra capitulo pro ximo. Solutio. ideò uir † compellitur eam recipere:
2 quia post sententiam uir commisit adulterium. unde sententia non debet sibi prodesse, cum quasi fecerit contra eam. at hic conuersus post latam pro se sententiam nihil fecit contra ipsam. uel in contrario nulla fuit lata sententia, sed tantum continentia indicta. aliàs idem esset ibi, quod hic. Quid si latum fuit diuortium ideò, quia ipsum trahebat ad homicidium, uel latrocinium, uel aliud mortale ab hæresi? Dicunt quidam, quod idem, quod in hæresi: quia nullam, uel uilem causam inuenies, quare non idem sit in omnibus. Alii dicunt, quòd pro aliis criminibus nunquam ferenda est sententia separationis perpetuæ, sed tantum donec pœnituerit. In hæresi uerò hoc conceditur propter periculum fidei, & sic diuersimodè intelligunt, infra capitulo primo, & uigesimaoctaua, quæstione prima, idola-
a tria: sed dictum in princip. gloss. plus placet Innoc.[a] uide quod dixi, de conuer. coniuga. ad apostolicam, super prima glossa. Dicit etiam, quod licet de iuris rigore post absolutionem non debeat cogi redire, & quod benè semel diffinitum est, non debeat retractari, sexta quæstione quarta, quod semel: tamen iudex ex officio suo adulterantem post sententiam coget redire ad adulteram, argumen. de iureiurand. tua nos, & capitulo quemadmodum, & supra capitulo proximo, nec facit iudex contra sententiam. Sententia enim fuit talis, quia absolutus fuit reus ab impetitione mulieris. unde tunc in hoc casu faceret contra sententiam, si mulieri iterum petenti uirum fieret ipsius restitutio nib. at ubi uir, pro quo lata est sententia, repetit mulierem non fit contra sententiam. imò esset iniquum. si sententia prodesset ei, contra quem est lata, ff. de exceptione rei iudicatæ, euidenter. Si uerò uiro accusante uxorem adulteram feratur sententia diuortii, tunc quia uir accusans non potest absolui, locum habet hæc decreta. Cautè tamen & prudenter ageret iudex, si hoc casu sic pronunciaret, sententiam diuortij inter uos ferimus propter adulterium mulieris, quamdiu uiro accusatori iustè placuerit secundum Innocen. Hostien. uerò remitt. ad ea, quæ not. su-
3 pra capitulo proximo [*Compellendam*] uoluit † dicere Hostiens. differentiam esse inter spiritualem fornicationem, & carnalem, de qua quo ad ipsarum compensationem, not. hic Goffred. & utriusque dictum posui, supra de conuersatione coniugato. capitulo finali, super glossa secunda. Dicebat etiam hic talem inter illas differentiam esse, quia si propter spiritualem fornicationem coniunx dimittat coniugem, licet non sit lata sententia, non coget ecclesia fidelem adhærere infideli, argumento uigesimaoctaua. quæstione prima, si infidelis. sed in carnali distinctione cogitur secundum quosdam, sed remittit, supra capitulo porrò. Reconciliato uerò ad fidem omnino cogitur adhærere, ut hic infra capitulo proximo, in fine. si autem per ecclesiam sit latum diuortium, in spirituali non cogitur redire ad reconciliatum, si uult religionem intrare: aliàs cogitur, in princip. decreta. fina. de conuers. coniugato. in carnali semper cogitur, nisi fuerit professa. debet enim episcopus monere maritum, ut recipiat uxorem. si non uult, tradet illam mona. ad pœnitentiam peragendam, re autem integra, idest ante ipsius professionem, maritus illam educere poterit: post professionem non poterit, per decreta. gaudemus, de conuer. coniuga. & ibi, dixit super uer. collocare. ad hoc eodem titu. ex publico, ff. de opt. lega. mancipiorum. dicit ergo Hostiens. ex prædictis patere duo requiri, ut sententia diuortii lata propter adulterium mulieris transeat in rem iudicatam, scilicet quod sit lata, & quòd per modum prædictum mulier sit professa. nec primum solum sufficit, nec secundum solum uiro in seculo remanente, & illam repetente, nisi & ipse adulteratus esset, de conuer. coniugatorum, ueniens, & dixi, eodem titulo, ex parte, primo, uel dic, quod quò ad uirum, pro quo lata est, transit in rem iudicatam, nisi intra decem dies mulier appellauerit
b quò ad mulierem[b], contra quam lata est, non transit, ff. de exceptio. rei iudica. euidenter. reconciliatio tamen excluditur per sententiam, & professionem simul iunctas, & imputet sibi uir, qui ante professionem reconciliare noluit, supra de officio delega-
4 ri, eum super. ¶ Glossa † prima dat simile. ¶ Glossa secunda reddit rationem. ¶ Vltima gloss. signat con-
5 trarium, ibi remittit, & soluit. ¶ *In † glossa secunda, ibi, quòd autem*] & l. d. ferrum. ¶ *In glossa ultima, ibi, standum est*] unde dicit Ala. hic uetus correctum per illud nouum. Philipp. dixit illud intelligendum secundum hanc distinctionem [*& in fine*] hoc adde, quod ibi no. ubi etiam posui quoddam dictum Goffred. hic not. & Hostien.

A N N O T A T I O N E S.

a ¶ Innoc. Et idem ipse not. supra eo. quæ sunt in gl. idem, si aliud, & idem glo. fi. in c. Idolatria.

b ¶ Mulierem. Idest quò ad repellendum uirum illam petentem. & uide supra c. proxi. io glo. ita, & super glo. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugale uinculum non dissoluitur altero fidelium coniugum in hæresim lapso, & nu. 8. Conuerso uerò infideli ad fidem, quando sit idem, & numero 2. & 4. 10. & 11. an opus sit termino.*

2 *Consulere sedem apostolicam super dubitabilibus commendabile. eiusdem se supponere correctioni, uel approbationi idem.*

3 *Relictus hic quis, & quæ dicatur.*

Discedere dicitur in infidelitate remanens.

4 *Ob infidelitatem soluitur uinculum inter consanguineos, & affines.*

5 *Matrimonium fidelium fortius matrimonio infidelium, & ratio, & difficilius soluitur illud, quàm hoc. an sit ratum inter hæreticos, fuerunt tamen baptizati ab hæreticis, num. 7. claudicat quandoque, num. 8. & 10.*

Baptismus est primum fidei sacramentum, & eius uis, præsertim

In matrimonio, num. 6, nunquam perditur, ibid.
Ratum pro indissolubili,
6 *Mors & matrimonium, & omnia alia soluit, & quando matri-*
monium sit inseparabile, num. 7.
7 *Præpositio, pro. auget.*
8 *Iure suo quis priuatur sine culpa sua, nu. 10. §. 1.*
Quæstio una soluitur per aliam.
9 *Epilogus, & suppletio glossarum, num. 10.*
11 *Bigamus non est conuersus ad fidem retinens coniugem, quam an*
te eam habebat.

CAPVT VII.

1  Vanto. Casus. Vinculum † coniuga
le non dissoluitur altero fi-
delium coniugum in hæresim lapso: sed
si unus infidelium coniugum conuerta
tur ad fidem. & alter nolit sibi cohabitare, uel non si
ne dei blasphemia, uel peccato mortali, soluitur cō-
iugium, & conuersus cōtrahere poterit. Et commu
nis diuisio. 2, ibi, Nos igitur, quæ distinguit, & secun-
dum membrum prosequitur, ibi, Si uero, rationem
diuersitatis ponens ibi, Nam & si, obstaculū soluens
ibi, Nec ob. subdēs duplicem rationis effectum ibi,
Per hanc [*Transeunte*] melius diceret, Cadente, uel La
bente, ut patet in inferioribus, Hostien. [*Per tuas*] O
tu Hugo. Ferrar. episcope, de quo dixit, supra quāto
te nouimus. Commendabatur tamen in an. quia
2 † super dubitabilibus sedem apo. consuluit. & quia
sententiam, quam docuerat, per ipsam sedem corri
gi uult, uel approbari sicut Ioachim. de sum. Trini-
ta. capitulo secundo in fine, secundum Hostien [*Di-
stinguimus*] ad dandam pleniorem doctrinam. sic, su-
pra de sac. unc. c. uno, in princ. Hostien. [*Altero*] con-
iugum. qui remanet in infidelitate [*Nullo modo*] uo-
lente habitare, quod est infra. Vel repete. Volēte co-
3 habitare, sed non sine &c. [*Relinquitur*] in † fide, idest
is, qui conuersus est, qui ideo dicitur relictus: quia p
rectorem. imo per rectum iter, siue callem incedit.
unde is, qui in fidelitate remanet, cum ipsum sequi
deberet. dicitur eum relinquere & hoc respectu, &
is, qui fidelis efficitur, uel fidelis remansit, dicitur re-
linqui, attenta hac ratione, sicut si duo deberent ire
Romam. itinerans uersus occidentem diceretur al-
terum relinquere, qui rectè itineraret uersus orien-
tem [*In hoc casu*] scilicet cum alter infidelium cōuer-
titur [*Apostolus*] prima ad Corinth. 7. [*Discedit*] patet,
quòd in infidelitate remanens dicitur discedere, ut
supra dictum est [*Frater*] idest quilibet Christianus.
11. quæstione tertia, ad mensam. Pet. & Abba. [*Serui-
4 tuti*] alicuius † uinculi filialis, fraterni sororij, seruilis
uxorij. debet etiam potius sequi patrem patrum, spō
sum sponsorum, & dominum dominorum. 11, quæ
stione tertia, non semper, & capitulo Iulianus. secun
dum Hos. Et repete, in hoc casu intelligimus [*Solui*]
etiam si quæratur de uno fideli lapso quo ad mutuā
seruitutem, si tamen confitetur hæresim, uel de ipsa
conuincitur: aliàs contra. 6. quæstione prima, §. ue-
rum. Soluit ergo inter fideles ius mutuæ seruitutis:
inter infideles ipsum uinculum. Hostien. [*Verum*] in-
5 fra capitulo proximo [*Verum † & ratum*] ergo fortius,
& sic difficilius soluitur, de transla. capitulo secun-
do. Baptismus, n. primum fidei sacramentum est fir-
mum & stabile fundamentum, quo posito, quod se
mel habitum nunquam amittitur, ut hic, & de con-
secra. distinctione quarta, sicut, & aliorum sacramē
torum superposita ædificatio firma est, secundum
Goffred. & quasi inseparabiliter conglutinata ei ad-
hæret. & ideo indissolubile est hoc matrimonium
superædificatum, sicut & ipsum fundamentum. hoc
tamen fundamento deficiente, & si uerum sit ædifi-
cium, est tamen debilius, prima quæstione prima, cū
Paulus. & ideo primum non soluitur nisi per mor-
tem, quæ omnia soluit. secundum uerò dissoluitur,
secundum Hostien. & dic [*Ratum*] idest indissolubi-
le, secundum Innocen. [*Existit*] si quis diceret, unde
procedit hæc ratificatio? Respondet: quia sacramen-
6 tum &c. & hoc intendit, quòd † baptismus receptus
nunquam perditur propter characterē impressum.
intantum ratum facit sacramentum coniugii, ut ip-
sum inter coniuges perduret durāte illo, scilicet ba-
a ptismi sacramento, secundum Pet.ª & Abba. uel secū
dum Hostien. idest coniugii. idest quamdiu coniu-
ges uiuunt: quia nec ultra est matrimonium. Mors
enim ipsum, sicut & omnia alia soluit, in aucten. de
nup. §. deinceps, colla. quarta, de secundis nup. capi-
tulo penultimo, & ultimo [*Perduret*] idest perfectè
& inseparabiliter duret, uel durabiliter perseueret. &
7 sic † præpositio auget. quod dic, ut sup. de consuetu.
capitulo tertio. & hoc intelligas post consumatio-
nem, ne sit contra, supra de conuer. coniuga. ex pu-
blico: sed quid de his, qui fiunt hæretici, fuerunt ta-
men baptizati, licet ab hæreticis, & postea contra-
hunt, nunquid ostenditur ædificatio sacramenti ma
trimonii ratum matrimonium inter tales? Solutio.
aut fuerunt baptizati in forma ecclesiæ, & sic ratum
est matrimonium inter tales contractum. facit de
hære. decreuit, libro sexto, aut non fuit seruata for-
ma, & tunc iure infidelium omnino censentur. nec
potuit ratum esse matrimonium, cum baptismi nō
recipiunt sacramentum, secundum Innoc. de sum-
ma Trinitate, capitulo primo, §. sacramentum, de
scismati. capitulo primo, & facit ad id, quod scrip-
si, de condi. appo. capitulo finali, super prima glossa
[*Obycitur*] seu obiici posset, & ideo præcedit, forsan,
8 secundum Hostien. [*Incidatur*] uel † qualiter cunque
impotens reddatur per canoni quā allega. gloss. ad
idem, supra de frigidi. ex literis, de iureiuran. quem-
modum, & §. quod si. [*Responsionem*] qua diximus,
quòd altero fidelium in hæresim lapso relictus non
potest contrahere. Hostien. ut hac occasione relicti
contraherent, & ab ipsa hæresi post contractum cō-
iugium resilirent, & ad alia uota forte sibi magis
grata transirent [*Ipsa*] hæresi [*Coniugibus*] remanenti-
bus in fide [*Per hanc*] sic soluitur una quæstio per a-
9 liam, de frigidita. fraternitatis, §. per hoc. ¶ [*Glo. † scili-
cet qui*] repeti posset per quatuor quæstiones. ¶ Vlti-
ma glossa ponit opinionem Lau. quam reprobat.
10 ¶ [*In † gloss. secunda, in fine*] Ioann. ibi, dixerat, quòd si u-
xor in fide relicta contraheret, non redderetur uiro
ad fidem reuertenti. ¶ [*In gloss. scilicet, qui conuertitur, ibi,
matrimonium*] claudicat tamen quò ad effectum red-
dendi debiti ab illo, qui non potest exigere, de con-
uer. coniuga. quidam, de eo, qui cog. con. transmis-
sæ. & quia quandoque tenetur unus ad matrimo-
nium, & non alter, de eo, qui du. in ma. capitulo pri-
mo, de desponsa. impu. continebatur, & capitulo de
illis, Hostien. Goffred. [*& ibi, infra capitulo proximo*] ubi
11 hoc tenet Vincen. [*& ibi, habitare*] & rutum † esset se-
cundum Hostien. quòd iudex assignaret terminum
infideli, argumen. qui filii sint legiti. lator, de con-
uer. coniuga. ex publico [*& ibi, §. penult.*] & est simili.
infra de præbend. si tibi, primo, libro sexto [*& in fine*]
uir tamen non est bigamus: quia non diuisit carnē
in plures, secundum Vincen. Tan. & Goffred. ¶ [*In
gloss. magis, ibi, si refugiemus*] & de electio. quorundam,
libro sexto. ¶ [*In glossa ultima, ibi, Lau. dixit*] hoc placet
Philip. Iaco. de Albe. & Abbati, ut uitetur correctio.
Idem Innocen. alternatiuè tamen, uide quod dixi,
supra c. proxi. in ulti. gloss.

A N-

ANNOTATIONES.

a ¶Pet. Contra, quia baptismus durat etiam post mortem, & tamen matrimonium morte soluitur, ut not. glo. 32.q.7.c.licet, & ideò uidetur melior expositio sequens.

SVMMARIVM.

1 *Pagani ad fidem conuersi, quam possint iam ductam retinere uxorem, uel dimittere, & contrahere, nu. 2. 5. 10. & 15.*
Arctantur l. canonica. & imperiali, & quando, num. 19.
2 *Vir infidelis sanctificatur per uxorem fidelem, & è contrario.*
3 *Inter infideles quando contra deum contrahatur coniugium, & separari queat.*
Eos ligat diuina constitutio, canonica etiam & imperialis, quando, num. 19.
Præsertim, pro maximè.
4 *Propter fidei fauorem pœnæ restringuntur, & priuilegia dilatantur.*
Dotis priuilegium ob id etiam competit.
5 *Per baptismum coniugia directè non soluuntur, licèt quandoque per consequentiam.*
Vxorum pluralitas simul damnatur in omnibus hominibus, nu. 6. 10. & 20.
6 *Homines omnes arctantur naturali iure, rationabili, & diuino, num. 19.*
Ius naturale, & ratio naturalis quando cœperunt.
Costæ uiius conuersio in fœminam, quid significet, & cur è costa formata sit, num. 7.
7 *Reuelatio diuina omnes astringit.*
Nuptiæ plures successiuè non damnatur.
8 *Excusare quæ nos possunt ab illicitis, & exempla, nu. 9.*
Matrimonium licitum, uerum & ratum quandoque separatur.
9 *Adulterium prohibitum & lege naturali ante Mosaicam.*
10 *Filios superducta ad fidem conuersa legitimat ecclesia.*
11 *Matrimonium, seu sponsalia si contrahantur cum pluribus mulieribus in uno, & eodem momento à catholico, quæ earum erit uxor, uel sponsa.*
Sponsalia prohibentur, ubi prohibeatur matrimonium.
12 *Repudij libellum, an unquam licuerit sine peccato mittere etiam lege Mosaica, & quando, & qualiter sententia formabatur, & qualiter dabatur, nu. 13. & cur permissum, ibid.*
Sententia in permissorijs quomodo ferenda.
14 *Absque creatoris contumelia, quid non fieri quando dicatur.*
15 *Per banc an soluatur ipso iure matrimonium.*
16 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 17.*
Hæreticorum bona ad quos deuoluantur.
Possessio quæ iusta, nu. 21.
Fama quæstus in seruitute factus cui obstet.
18 *Suppletio glossarum.*
Personæ quæ diuina lege prohibitæ contrahere inter se matrimonium.
19 *Iuris cuius ignorantiam etiam paganus allegare non possit.*
Lex canonica respicit animas, & consistit in iure.
Imperialis corpora, & consistit in facto.
20 *Coniuges ad imparia in quibus iudicentur, §. 1.*
Auctoritate legis quis excusatur ab adulterio, & quo casu hic.
22 *Per baptismum quæ tollantur ante ipsum contracta.*
Irregularitas contrahitur etiam sine peccato, cir. fin.

CAPVT. VII.

1 Audemus. Casus. Paganiꝭ cōiuncti in gradu prohibito. l. cano. tantum, conuersi ad fidem nō separātur. & si paganus prius plures uxores habebat, post fidem susceptā adhærebit primæ. & si repudiata uxore cum secunda contraxerat, etiā post baptismum dimittet secūdam, & adhærebit repudiatæ, etiam si repudiata cum alio contraxisset: se

cus, si fornicata fuisset. & sunt tres partes, sicut tria
principalia dicta. 2. ibi, Quia uerò. 3. Qui aūt. & pars
huius, supra qui filii sint leg. gaudemus [*Remanere*] sic
[*Separari*] non, ut infra sequitur [*Existat*] uerū. sed non
ratum, sup. c. proxi. [*Dicens*] prima ad Cor. 7. [*Frater*]
2 idest Christianus. Pet. [*Dimittat*] quia † sanctificatur
uir infidelis per uxorem fidelem, & ecōtra, ut dicit
idem Apostolus. quia igitur non est dimittenda, pa-
tet, quòd est uxor legitima. de spon. c. 1. & c. ex parte.
Hos. dixit autem Pet. hic loqui de consilio. potest e-
a nim illam dimittere, si uult [a] 28. q. 1. iam nūc, & q. 7.
c. ulti. Dimissa uerò cum alio non potest cōtrahere,
nec ipse nisi in casibus, infra §. qui autem. Idē Abb.
[*Quò ad eos*] quia, scilicet tales sunt ritus ipsorum [*Qui*]
scilicet iudæi. pagani, uel quiuis alii extra fidem posi
3 ti [*Constitutionibus*] patet à contrario, ꝙ inter †, fideles,
qui constitutionibus arctantur, contra deū contra-
hitur, unicunque canonicum impedimentum ob-
uiat, & sic episcopo tales separanti non obstat aucto
ritas euangelii, Quos deus coniunxit & c. supra c. por
rò, §. 1. secundum Host. & dixi, de consan. de infideli-
bus. in glo. quare [*Non arctantur*] licet enim sint crea-
turæ dei. non sunt creaturæ ecclesię. unde diuina cō
stitutio ligat eos, sed nō canonica [*Apostolum*] primo
ad Corin. 5. [*Foris*] scilicet extra fidem ecclesiæ. Pet.
& Abb. [*Præsertim*] idest maximè. nam & idem uide-
tur hac consideratione remota, & argumē. propter
4 † fauorem fidei pœnas restringi, & priuilegia dilata-
ri. & sic argue, ꝙ talis debet habere priuilegium cir-
ca dotem, argum. de conuer. infide. c. 2. ad fi. Nam si
imperator hoc priuilegium dare potest, C. qui po. in
pi. ha. l. assiduis, multo fortius ipse, argumen. 30. q. 3.
ita diligere, & facit, quod dicam, super 3. glo. sed con
tra, C. de hære. l. 1. & auctēn. ibi posita, in auctēn. de
priuile. do. hære. mu. non præstan. colla. 8. Solu. & si
uerba contradicant, non tamen mens. Illa enim iu-
ra quò ad uerba persequuntur etiam omnes nō ba-
ptizatos: sed quo ad mētem puto, quod solùm illos
persequantur, qui semel professi sunt fidem catholi
cam, & postea præuaricati sunt. & etiam omnes ex-
communicatos. aliud ergo dicendum est de iudæis,
qui ab ecclesia tolerantur, & de paganis, qui bapti-
zantur, ne per contrariam interpretationem à con-
uersione retrahantur, ut sup. no. ad hoc, infra de ap-
pellatio. quidam, in fine, ff. de leg. 3. non aliter, ff. de
legi. l. scire. nam & in fauorem fidei sunt. unde locū
habet, C. de legi. quod fauore. & hoc probatur in
præ. auctēn. de priuileg. do §. penult. uer. si sint eis
inaggressibilia & c. & hoc est etiam, quod dicit ex an
tiqua. Lapsis enim, & errantibus subuenitur, idest
iudæis, & paganis. perditis uerò, hoc est sanctum
baptisma prophanantibus nunquam, C. de aposta.
l. hi qui, in fine [*A cuius*] scilicet fidei. & sic construe,
A cuius perceptione uiri possunt facile reuocari ꝑ
uxores timentes se deseri [*Fideles*] nunc. sed olim pa-
gani. Pet. si. exponitur, supra de eo, qui eo. con. trans
missæ. Hostien. [*Copulari*] idest matrimoniali copula
5 uti [*Non † soluuntur*] optima ratio. & hoc est uerum di-
rectè. Quandoque enim per quandam consequen-
tiam coniugia per hoc soluuntur, ut patet, supra ca-
pitulo proximo, uersiculo, si cum, secundum Ho-
stien [*Fœminas*] notabiliter non dixit uxores, quia u-
na tantum est uxor, ut infra patebit. Pet. [*Diuidunt*]
quod esse non potest, ut patet, supra de condit. ap-
po. c. fina. [*Omnes*] prima q. cui respondet. quod non,
quia damnata est hæc pluralitas, ut sequitur [*Hoc*] i.
habere plures uxores [*Christiana*] & certè omni ritui
humani generis debet esse inimicum. Nam omnes
6 † homines arctantur naturali iure, rationabili, & di-
uino, quia uelit nolit, homo subiectus est deo, cuius

eſt terra &c. ſupra de decimis, tua nobis: & hæc plu-
ralitas tali iure reprobatur, Hoſt. [*Ab initio*] ſcilicet
creationis humanæ, cum qua ius naturale, & natu-
ralis cœpit ratio. 5. diſt. in princ. [*Vna coſta*] ſup. unius
hominis, ad deſignandum, quòd debet eſſe unus u-
nius, ut ſcilicet nec unus plures, nec plures unam ha
bere debent, quod probat ipſa pſalmatio. quæ ratio
omnes homines aſtringit, cum ſit naturalis. & no. ꝙ
7 † de coſta, ut collateralis appareat, formata fuit Eua.
non de capite, ne uideretur domina. nec de pede, ne
uideretur ancilla, vt no. 33. quæſt. 5. nec illud [*Diuina*]
ideſt diuina inſpiratione prolata, ſupra de biga. debi
tum, quæ omnes aſtringit. de conſan. & affini. de in-
fidelibus Hoſt. [*Teſtetur*] Gen. 2. in fi. [*Propter hoc*] ſcili
cet ſacramentum coniugii [*Nec dixit*] ſup. homines,
8 ſed homo. nec dixit &c. [*Inſimul*] bene dicit, quia † nec
damnamus octogamos. 31. quæſt. 1. deus maſculum
& c. quòd ſi dormierit [*Quæ*] diuina reuelatio. Inno.
[*Mos*] ut in matrimoniis, ar. ſup. de cog. ſpi. ſuper eo.
In aliis uerò fas, arg. infra de regulis iuris. quod non
eſt licitum. Pet. & Abb. exponunt [*Mos*] ideſt conſue-
tudo, uel ius [*Fas*] ideſt diſpẽſatio. Excuſat ergo quã-
doque diuina reuelatio, ſicut & conſuetudo: quan-
doque ius ſcriptum. unde diuina reuelatione quan-
doque matrimonium licitum uerum & ratum ſepa
ratur. ſupra de conuer. coniu. ex publico, de ſpon. cõ
miſſum. Hoſt. [*Iacob*] qui mentitus eſt ſe eſſe Eſau. &
eſt hiſto. Gen. 25. & 27. [*Iſraelitæ*] quando unuſquiſ-
que à proximo & proxima ſua petiit uaſa aurea &
argentea. ut Aegyptos ſpoliarẽt. Exo. 3. & 12. [*Samſon*]
iudicũ. 16. in fi. concuſſis colũnis interfecit tria mil-
lia Philiſteorum utriuſq; ſexus, & ut ibi dicitur, mul
to plures interfecit moriens, quàm uiuens [*Patriar-
chæ*] Abraam, & Iacob, Gen. 16. 19. & 30. [*Viri iuſti*] ut
Dauid 2. reſpon. 1 t. A. & Ioiadas ſacerdos. 2. parabo.
9 24. Hoſt. [*Adulterio*] ſed contra, non † potuiſſent com
miſiſſe adulterium, cum tempore ipſorum licerẽt
omnia, cum lex data non eſſet. & ſic obſtat de con-
ſtitu. Nam & concupiſcentiam. Sol. licet lex Moſay-
b ca non eſſet data, erat tamen lex naturalis[b], quæ etiã
uolebat, ꝙ quilibet homo ſuæ & non alienæ uxori
adhæreret, & ſic ſecundum ipſam eſſet adulterium,
niſi diuina excuſaret reuelatio, per quod patet pri-
mæ quæſtionis ſupra poſitæ ſufficienter reſpõſum.
Hoſtienſ. [*Sententia*] damnans pluralitatem uxorum
[*Veritatis*] ideſt Chriſti, qui eſt uia, ueritas, & uita. Io.
14. [*Euangelio*] Matt. 19. Mar. 9. Lucæ. 16. ſunt hæc uer-
ba, ſed non ad literã: quia in Mat. dicitur niſi ob ſor.
in Mar. & Luca nil dicitur de ſornicatione. Aliàs ta-
10 men † eccleſia filios ſuperductæ ad fidẽ cum illis cõ-
uerſę legitimat, ſupra qui filii ſint legitimi, c. fi. quod
ab hoc loco ſuit decisum, ut patet in originali. Vin-
cen. [*Fortius*] ſequitur, argum. à maiori [*Vtroq; ſexu*] vt
non liceat homini uni plures habere mulieres, nec
uni mulieri habere plures uiros [*Indicentur*] patet er-
go, ꝙ paganus conuerſus non tenebit omnes uxo-
res, ſed tantum primam. & per hoc ſint ſolutæ ambę
quæſtiones propoſitæ ſup, & hoc ſi uiuat prima. ſed
quid ſi mortua ſit, & ipſa uiuẽte cum omnibus aliis
contraxit, & ipſas cognouit? uidetur. ꝙ neutra ſit u-
xor, argumen. ſupra de eo, qui du. in ma. c. fi. ſed con
tra, ſupra eo. 1. reſpon. & infra §. fi. per quæ uidetur,
ꝙ ſi prima poſtea illum ſequatur, cogẽdus ſit poſtea
in illum cõſentire, cum talis damnatio ſit de iure ca-
nonico, cui non ſubſunt pagani, & hoc potiſſimè in
fauorem fidei eſt dicendum, argum. ſupra eo. princ.
11 ¶ Quid † ſi catholicus cõtrahat cum pluribus mulie
ribus, in uno & eodem momento dicens, Ego con-
ſentio in uos omnes, & mulieres uno ore, uel per ꝓ-
cu. reſpondent, & nos in te. uidetur uxor illa, quam
primò cognouit, argum. de condi. appo. de illis. dic
contra. ꝙ mutuò ſe impediũt, ff. de uſu fru. l. quoties.
& idem, ſi ſponſalia ſic ſint contracta: quia ubicun-
que matrimoniũ prohibetur. & ſponſalia. ff. de ſpõ.
oratio. & ideò carnalis copula non poteſt ratificare
id, quod omnino illicitum eſt. 27. q. 2. nuptias. ſecun
dum Goffred. quod eſt uerum ſecundum Io. etiam
ſi una ſola ex illis ſit apta, cui concor. Vincen. Goffr.
& Phi. cum illi ſoli non intendat ſe obligare inſoli-
dum, imò æquè aliis ſe obligare uolens agit contra
ius uitæ indiuiduæ. 32. q. 2. ſolet. unde non eſt matri-
monium. argumen. ff. de ſeruis expor. ſi uenditor. ff.
de contrahen. emptio. cum in uenditione. ſicut nec
ſolus liber eſt arbiter, ſi compromittatur in liberũ,
& in ſeruum, ff. de arbi. Pedius, licet ſit argum. cõtra,
C. q teſta. fa. poſ. hac cõſultiſſima, §. ex imperfecto,
C. de dona. ſancimus, de conſe. diſt. 4. ſi non ſanctifi-
catur. & adde, quod dixi, de ſpõ. ex literis. 2. ſuper gl.
2. & facit per ſimile, quod dixi, de ele. non reſid. quia
nonnulli, in glo. magna, uer. quid ſi epiſcopus, & re-
mittit Hoſtien. ad ea, quæ no. in ſumma, de deſpon.
impu. §. fin. uer. quid ſi iurauiſti, & capit. ſequen. [*Ri-*
12 *tum* † *ſuum*] q. di. ſi utuntur de facto, quod tamen non
licet, nec unquam licuit ſine peccato libellum repu
dii mittere, licet hoc lex uetus permitteret propter
maius periculum euitandum, quæ etiã requirebat,
ꝙ ſacerdos præſens eſſet ad ſciendum. an cauſa iuſta
ſubeſſet: quia nec illud indiſtinctè ꝑmittebatur, ſed
in certis caſibus tãtum. ſed nec dabatur diuortiũ ſen-
tentia: nec debebat etiam hoc, quod minus eſt, dice
re, permittimus, quòd uxorem tuã dimittas: ſed po-
terat ſic dicere, lex permittit, ꝙ ipſam dimittas: non
tamen ſine peccato facies hoc. & ſic eſſet hodie fe-
renda ſententia in omnibus permiſſoriis, ſecũdum
Innoc. ſic no. ſi. de iureiuran. mulier, qui cle. uel uo.
ueniens. ſecundum Hoſt. [*Repudiauit*] ſine cauſa ſm
Inn. ſub. & aliam duxit, non tenet ſm matrimoniũ.
& ſi ducere uelit, non poteſt hoc facere. Hoſtien. &
13 † dabatur libellus repudii cum his uerbis, Res tuas
tecum habeto, ff. de diuor. l. 1. ſecundũ Pet. de quo,
ſupra in proœmio [*In euangelio*] dicens Matth. 19. B.
Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis di-
mittere uxores ueſtras. ab initio autẽ non ſic fuit. di
co autem uobis, quòd quicunq; dimiſerit uxorem
ſuam, niſi ob ſor. cauſam, & aliam duxerit, mechaſ.
ergo nõ licet alicui dimittere uxorem ſuam niſi ob
cauſam ſornicationis. 32. quæſt. 1. dixit, cum ſi. Ho-
ſtien. [*Ea uiuente*] aliàs ſecus, de ſecundis nup. c. pen.
14 & ſi. [*Creatoris*] quia † uult eum Chriſtum dimittere,
uel idolum colere, nec aliter uult ei cohabitare, ſe-
cundum Pet. [*Peccatum*] ut quia uult, quòd ut prius
de lenocinio uiuat, uel ſocia latrocinia exerceat,
uel receptet. Pet. & Abb. [*Reſtitutionem*] uiri conuerſi
ad fidem, qui uxorem reiecerat, ſecundum Innoc.
[*Petenti*] uxori infideli. Inno. [*Iniuſta*] ſacta, ſcilicet ꝓ
pria temeritate, ſupra eo. porrò, quod dic ut ibi [*Hu-
iuſmodi*] ſcilicet ut deum relinquat. quod dic, ut dixi,
ſupra c. proxi. uer. ſi enim [*Prædictas*] tres, de quibus
eſt dictum. & exponit Ioan. Vin. Phi. ſed non placet
Goff. primo antequam prædictæ cauſæ interueniãt,
poſt quas licitè cõtrahitur cum alia, qui dicit, quòd
hic mutat caſum, & non reſpicit ſuperiora, quando
non uult cohabitare, ſed quando conuertitur. niſi
15 † enim dicatur, ipſo iure, per contumeliam ſolui ma
trimonium, accidet iniquiſſimum, ꝙ quis eodẽ tẽ-
pore habebit duo matrimonia, & duas uxores, qđ
ſupra negatum eſt [*Ille*] idem, ſi duxerit, licet mor-
tua ſit, ſecundum Innoc. in auct. de nup. §. deinceps,
colla. 4. & ſupra c. proxi. §. ſi uerò alter. Hoſt. [*Ducat*]
de licẽtia eccleſiæ. quod dic, ut no. de deſpon. impu.

c.2.Hostien.[*Compelletur*]ex hoc uidetur, quod non
erat solutum matrimoniale uinculum, quod qui-
dam concedunt, alii contra. potest dici, quod non
soluitur aliquo modo inter fideles, supra cap.proxi.
uersi.si uerò, sed nec inter infideles, nisi auctoritate
ecclesiæ infideli ad conuertendum, uel habitan-
dum cum conuerso sine contumelia creatoris dies
fuerit assignata. & sic pōt intelligi prima opi.Si ue-
rò assignata fuerit, & elapsa soluitur, & sic intelligi-
tur secunda,& de hoc supra capi.proxi.sed & si dies
sit elapsa, & conuerso data ab ecclesia ꝯhēdi licētia,
adhuc audiet mulier, si conuertat re integra,ut hic
c ar.ff.de cessi.bonorum [c] is qui.Si uerò pendente cō-
pulsione, de qua loquit ista litera, ꝯhit cum alia,te-
net.matrimoniū secundò loco ꝯctum,cum iam so-
lutū esset primū uinculū,ut no.si.de despō.impu.de
illis.1.& de eo, qui du.in ma.c.1.& c.ueniens. Hosti.
[*Euangelica*]Lucæ.16.[*Obijcere*)peccat ergo in Deum,
16 sed non in uirū. ¶[*Glo. † hic pluralis*] signat contrariū.
¶[*Gl.hic habes*]addit tres similes casus,& remittit.¶ Pe
glo. respon. per qōnē, an ipso iure, an per sententiā
dissoluat. ponit duas opiniones, & secundā appro-
bat.iterū quærit,& soluit.¶ Vlti.glo. reddit rationē,
17 quærit, opponendo, & dupliciter soluit. ¶[*In† glo.pe.
ibi,idem de Nestorianis*]bona hæretici deuoluunt ad fi
lios catholicos.& si qui sunt hæretici, & redeunt,suā
partem recuperant absque ratione fructuum,& ad-
ministrationis. ¶[*In glo.ulti.ibi,iustè possidet*] qui aucto-
re ꝑtore possidet [*& ibi.l.pe.*]non obest famæ mulie-
ris ipsius quæstus in seruitute factus. si tamen seruus
ordinarius peculiaria mancipia habuerit prostitu-
ta, etiam post libertatem notatur, ut in §. Pompo-
18 nius. ¶[*In fine 2.glo.*] ex his patet, quòd secundus gra
dus collateralis in linea inæquali prohibitus erat. in
æquali uerò non.& sic intellige,& corrige.quod no
ta.30.quæstio. 3. pietatium, & quod no.supra de re-
sti.spol.literas, in glo,uidetur,quæ fuit lo. 13.perso-
nas le. diuina prohibitas ponebat Hostien. per hos
uersus,Nata,soror,neptis,matertera,fratris, & vxor.
Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca, Vxo-
risque soror, priuigni, nata utriusque, Atque soror
patris, coniungi lege uetantur. Terminabatur au-
tem, quod dicitur de uxore fratris, secundum id,
quod habes, infra cap.proxi. ¶[*In glo. 3. in fine*] ut di-
19 cit † hic Hostien. bene arctantur infideles,si iniurio-
si existunt Christiano,& fortius, si contumeliam in-
ferunt fidei, uel cultui diuino, tunc enim per iura
præallega. coguntur satisfacere per subtractionem
participationis christianorum: subiacent etiam le-
gibus imperatorum sub imperio degētes, cuiuscun
que sint sectæ, & ipsas necesse habent seruare: aliàs,
si res exegerit, gladio ferientur. C.de Iudæis. l.2.& l.
nequis,& l. Iudæi, & de paganis. l.fina.Cum autem
lex humana persequatur contrahentes contra l. di-
uinam, in hoc delinquentes per secularem iudicem
punientur, sicut esset in pluralitate uxorum, uel si-
quis ducat personam per l.diuinam prohibitam. &
sic intellige, quod posset hic pro contrario signari.
C.de incest.& inu.nupt.l.3.& C.de Iudæis,nemo Iu-
dæorum: nec in talibus excusatur, paganus, ut di-
cit.præ.l.3.C.de inces.& probatur, ff. de his, qui no.
infa.quid ergo, & l.liberorum,etiam prætextu igno
rantiæ iuris, cum sit contra ius gentium, & natura-
le.ff. de adult.si adulterium.1.respon.& §.1.& 2.hoc
est diuinum, quo omnes arctantur, de consue.c.fin.
Rationem uerò diuersitatis, quare infideles subia-
ceant etiam directè legi imperiali. & non canoni-
cæ,ostendit cēsura diuersa, prima enim respicit cor-
pora, & consistit in facto,quo sic possunt arceri cor
pora infidelium, sicut fidelium. Secunda uerò cen-
sura respicit animas,& consistit in iure,infra de uer-
bo.signifi.quærenti, qua non potest arceri nisi fide-
lis.& obediens Christianus,ut patet, hic,& supra de
te.eccle. non alien. si quis. In eo,tamen, quòd infi-
delis subiacet.l. imperiali, patet, quod subiacet l.ca-
nonicæ mediatè, cum & imperator, & lex sua sub-
sit canonicæ saltem in talibus. & ideò quod lex ca-
nonica per se non potest, per secularem iudicem
exercebit.infra de Iudæis.postulasti,cum si.& patet
ex his, quæ dixi, supra qui fil. sint leg. per uenerabi-
lem. §. rationibus, secundum Hostien. secundum
quem expone, quod dicit, Ad nos, quò ad excom-
municationis sententiam proferendam in tales, &
quò ad fidem, & quò ad spirituale consortium, ut
hic patet,& 2.quæstio.1. multi, ubi sunt hæc uerba.
& adde, quod dixi, qui fil. sint leg.capitu.fi. ¶[*In glo.
20 hic pluralis,ibi, quòd † si dormierit*]successiuè possunt es-
se plures,ut ibi; sed non simul, ut hic. ¶[*In glo.quò, ad
ibi, & fidem seruanda*] hoc est pro Bart.Brix.& contra
Io.in his,quæ not.12. quæstio.2. siqua cum seruo.&
d facit,quod no.in Spe.de adul.§.1.uer.sed nunquid [d]
[*& in fine*] unde & maritus reuocat uotum uxoris,
non econuerso, ead. quæstio. noluit. Item accusat
uxorem de adulterio, quod non committitur sine
dolo.32.quæstio.1.§. hic in mulieribus. Goffre. ¶[*In
glo. idest, in fine*] melius diceret, idest in duobus ulti-
mis casibus, secundum Hostiens. & Abbat. ¶[*In glo.
hoc habes, ibi, restitutio*] dicit Vincen. hoc nullum spe-
ciale: quia ipsa sibi dat impedimētum blaspheman-
do[*& ibi,ubi de hoc*] & 3.quæstio.1.in summa. ¶[*In glo.
21 ex hoc,ibi,alij*] Gan. ¶[*In † glo.ulti.ibi, iustè possidet*) excu-
satur ergo hic ab adulterio, quod non committi-
tur sine dolo.34. quæstione 2. in lectum, ff. de adul.
l.penult. quod intelligas etiam dictum in fauorem
fidei, & quantum ad conuersos. aliàs non conuersi
secundum legem humanam puniendi. essent. non
obstat iuris ignorantia, ut dixi secundum Hostien.
super glo.4. (*& ibi,deinde*) ubi de hoc, & 28.quæstio.
22 1.capitu.primo (*& ibi, sine † pœnitentia*)non tamen de-
bet adultus propter hanc causam differre, baptis-
mum ea. di.quando quis (*& ibi,& sic sua actionis*) uel
exceptionis, secundum Vincen. si quis baptizatur,
tenetur pecuniaria pœna ob delictum præcedens.
ff. de oper. liber. ut iurisiurandi, dolus tantum re-
mittitur. ff.de liber. leg. Aurelio, §. Caius (*& ibi,
§.Pomponius*)& le. penultima.sic & si religionem in-
gredieris,non per hoc amitto accusationem meam
imo ipsam intentabo contra mon. quod possidet
bona tua, institutio. de acquisiti. per arro. §.final.
Goffred. Dicebant etiam Innocen. & Hostien. per
baptismū tolli non debere ius,quo ligata erat adul-
era, ne uirum repetere possit: quia per baptismum
peccata dimittuntur,& non lex. 26. distin. acutius,
deinde,& c.una. unde de quolibet furto,& homici-
dio ante baptismum commisso poterit accusari, &
puniri post baptismum: quia licet per ipsum remit-
tatur peccatū quò ad Deum & quò ad l. promotio-
nis, ut talis promoueri possit, licet crimen notoriū
fuerit.25.d.primum,& §.1.& de hoc, infra de homi.
presbyterum;remanet tamē ligatus quò ad tempo-
rales pœnas, sicut & post pœnitentiam, per quam
etiam dimittuntur peccata & sic intelligitur,de con
se.di.4.sine pœnitentia.§.spirituali. tollitur etiam in-
famia,quæ surgit à peccato, per bapt.sicut & ipsum
peccatum,ut in præ.c.denique. Irregularitas tamen
non tollitur, quæ super peccato non fundatur, ut
si iudex iustè pronunciauit aliquem occidendum.
non enim sic irregularitas est sequela peccati, sicut
infamia. sic enim irregularis est sine peccato occi-
dens, sicut cum peccato, ne cle.uel mo. sententiam

si.d.cap.t.& 2 de hoc in Specu. titu.2.§.iuxta,uersic. pen.& uide quod ibi dicam. Hostien. in his remittit ad ea,quæ no.in sum. de homi.§.qua pœna, uersic. lingua.& sequen. uel plane secundum eum tollitur per baptismum peccatum quò ad deum, & satisfactionem sibi faciendam, non quantum ad satisfactionem fiendam homini: quia nec dimittitur peccatum &c.14.quæstio.3. si res.

ANNOTATIONES.

a ¶Vult.hoc uerum, si iudicio ecclesiæ fuerunt separati:aliàs cogitur,uide glo. fi.& super illa Ioan. And.supra c.proxi.& in ca. de illa,in glo.noluit dicere.

b ¶Naturalis. Idest diuina,qua auctrice in tempore innocentiæ. creatum est matrimonium, de uo.c.1.li 6.& illo iure ipsa etiā animorum coniunctio orta est,quam uiolare non licet,& uide Io.And.de fri.literæ,in glo.no.sacramentum.

c ¶Bonorum.Facit,quod no.glo.& super illa Ioan. And.in c.cum in tua,qui ma.accusa.pos.in glo.fi.

d ¶Nunquid. Vide Io. And.de procu.tuæ super glo.1.& per doct. maxime Sali.in l.5.C.de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Pars huius decretalis ubi.*

Cum conuersis nouiter ad fidem ecclesia dispensat in matrimonio cum relictis fratrum contractu, & quando, nu.2.

Infirmatio hic qualiter sumatur.

2 *Dispensatio conceditur aliquando ad præterita, non futura ut hic*

3 *Additio glossarum.*

CAPVT VIII.

1 DEus qui. Aliàs:is qui.& † pars huius de ui.& bo.cle.Deus, qui,& de pœ.& remis. Deus qui. & breue est, ponens dispensationem ecclesiæ cum nouiter conuersis, ut utantur matrimonio cū relictis fratrum contracto secundum.l.Mosaycam [*Ritus*]sic & ritus Græcorum, supra de bapt.licet, de tempo.ord. ꝙ translationem [*Infirmationem*]i.debilitatem in fide, Phi. uel.i. fragilem ruditatē, quare de facili turbari possent,secundum Host.[*Contractis*]ante baptismum.Pe.(*utantur*)post baptismū. Pe.& Abba.[*sine prole*]duo ergo requirebantur, scilicet ꝙ frater defunctus esset,& sine ª prole(*Mosaycam*)deutero.
2 25. Ruth.4.D [*prohibentes*]dispensat†ergo in contractis tolerandis,sed non in contrahendis.Go.si. supra de conse.ec.uel alta.aqua.Ho.& de iureiuran.quem
3 admodum. ¶[*In glo.2.ibi, olim*] & ibi nota, ꝙ illi duo patres habebant carnalem,& legalem,& de computatione,Matth.& Lucæ[*& in fine*]26.d.§. Ioannes.

ANNOTATIONES.

a ¶Sine.De aliis,qui contrahunt in 2. uel 3. gradu,uel aliis.l.canonica tantum prohibitis,permissum erat,de consan. & affi.de infidelibus,qui si.sint le.gaudemus,& supra c.proxi.in princ.

SVMMARIVM.

Continuatio tituli. &

Capitula quæ pertineant ad primam, quæ ad secundam partem eius.

2 *Tituli conuenientia quæ extra ipsum.*

De donationibus inter virum, & uxorem, & de dote post diuor. restitu. Rubrica.

1 ¶Facto† diuortio uir mulieri restituere debet dotē, & mulier uiro donationem propter nuptias. ideo post tractatum de diuor. &c. dicebat Hostiē. accidit plerunque, ꝙ coniuges constante matrimonio sibi donant adinuicem purè & sine causa,aliquando ob causam.& quia celebrato diuortio,de quo præmissum est in proxima rubrica, de his donatio.refertur quæstio, ponenda fuit rubrica de dona.inter uir. & ux.ad quod pertinet,infra ea.fin.i.respon.& de dote post diuor.re.ad quod pertinent omnia alia iura hu
2 ius ti.conuenit† rubricæ de consue. ca.pe.de iureiuran.cum contingat, de emp.& uen. peruenit, de pigno.ex literis,de conuer.coniu.ex publico,uersi. ita quòd,de coniugio seruo.c.2.in fin. decre. prima de adul.non facit ad titulum, facit autem lib.6.de iureiuran.licet,de hære.decreuit.

SVMMARIVM.

1 *Epilogus, & suffragium glossarum nu. 2.*

Dotem restituere damnatur maritus,inquantum facere potest,totam uerò alij,sed non procedit indistinctè,n.3.& 4.qua actione repetatur, cum matrimonium est nullum, num.3.eius fructus retinentur pro rata alimentorum in resultu contractus, num. 4.

Restituendi uocabulum cum à lege profertur,etiam fructus sunt restituendi,licet de eis nil dicatur.

4 *Priuilegium,quatenus facere quis possit, quando transeat ad extraneos.*

CAPVT I.



1 MVlieres. Breue est sūma, diuisione, uel gl. non egens.¶Gl. † i.distinguit inter scientē, & ignorantē,signat cōtrariū,& ibi remittit. ¶Secunda gl.t.declarat textum,secundò quærit, arguit pro, soluit distinguēdo. ¶Tertia pars respon.per quæstionem,quid de expensis,quam etiam soluit distinguē
2 do;finis respondet per contrarium.¶*In gl.secunda ibi, si cum*]si cum procura.uiri agitur de dote, si fit condemnatio uiuo marito, damnatur, inquantum facere potest. Idem in defensore, qui tamen mortuo marito damnatur insolidum [*& ibi, in condemnatione*] cum uerbum, Restituas, à lege profertur, etiam si de fructibus nil dicatur, fructus sunt restituendi.
3 ¶*In glo.2.ibi,aliàs inquantum*] hæc gloss. est contra textum, qui dicit totam dotem restituendam, & gloss. dicit, quòd non totam. quare uerius uidetur,quòd ille putatiuus maritus separato matrimonio propter consanguinitatem, uel aliam causam,qua nullum appareat,non habeat hoc beneficium.nam ponendo mulierem ignaram, ut sequitur in gloss.iura plus fauēt mulieri, quàm uiro, & meritò:quia rem dedit, uel pretium numerauit, & tractat de damno uitando, infra eodem nuper, ff.de priuile. cre.l.2.§. fina.& l.sequen.ff.solu.matri.l.1.Item non subest aliqua causa beneficii: quia non est matrimonium,ille non est maritus,nec illa uxor. Item non est dos, nec actio de dote locum habet,sed cōdictio ob causam,uel sine causa, ut not.infra eodem de prudentia,in glossa prima,cessat ergo maritalis reuerentia, de qua loquitur.§. cum autem, quē allega.glo.cesset ergo beneficium, de appella.cum cessante,cum
4 concor.[*& ibi;facere potest*] si uerus† maritus fuisset, intellige tempore rei iudicatæ, & non transit hoc priuilegium ad hæredes extraneos, eo. titu.l.maritum,& l.sequen.[*& ibi,non ualet*]secus in priuilegio ex

ex contractu,puta pro socio, uel simili, ut dixi in p̄-
di.c.Odoardus,super si.ulti. glo.(*& ibi , ante matrimo-
nium*) uel post diuortium(*& ibi,dotis fructus*) & ibi no.
nunquid impubes,quæ dedit fnudum in dotem , &
resilit, repetens fundum , & fructus , repellatur pro
rata alimentorum,& in Spec.eo.§.2.uer. quid si mu
lier(*& ibi,salubriter*) adde, quod ibi no. (*& ibi,& hoc*)
scilicet quod dicit text.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio soluto cogitur uir dotem restituere, & bona diuide*
dere, quæ communiter obuenerunt, & quando, num. 2. & 4. in
fine.
Proles est legitima ex eo, qui uiri loco tenebatur, suscepta.
2 *Diuortium fieri solenniter debet .*
Soluitur quid , ut factum est .
Coniugum quisque sibi, non alteri acquirit , præterquam in casi-
bus, num. 4. §. fin.
De temporalibus papa se intromittit duobus casibus hic .
3 *Epilogus, & additio glossarum, num. 4.*
Francia consuetudo inter coniuges .

CAPVT. II.

1 SIgnificauit. Casus. Soluto† ma-
trimonio cogitur
uir dotem restituere,& bona diuidere, q̄
cõmuniter obuenerunt.& sunt duæ par-
tes. 1. ponit duplicem mulieris querelam. 2. causę cõ
missionem,ibi, Ideoque[*Loco uiri*] h.d.quia, ex quo
apparet impedimentum canonicum, patet, ꝙ non
fuit uir , sed loco uiri habitus communi opinione ,
propter quod à crimine excusatur,& proles est legi-
tima,quod dic,ut de clande.despon.c.ult.[*Solenniter*]
2 sicut † ergo solenniter fieri debet coniunctio , sic &
diuortium , qui fil. sint legi.perlatum.Host. (*Illicite*)
cum de iure quilibet, quod suum fuit, debeat recu-
perare,infra c.fin.respon. (*Possessiones*) sup.& res alias
(*Communiter*) aliàs de iure communi, unusquisq; cõ-
iugum sibi tantum, & non alteri acquirit , secundũ
Inno.ut patet insti.per quas perso.§.ex his itaque, &
præ. (*Habuerunt*) intromittit se papa de possessionib⁹
forte per denunciationem , uel omnia hæc sunt ac-
5 cessoria matrimonii. Vinc. ¶Glo.3.dat.4. exempla.
4 ¶Vlt.gl.respõdet per ob.cui dat simile. ¶*In† gl. 1.ibi.*
§.ibidem) uide,de resti.spo.c.1.super gl. 1.(*& ibi,ex mor*
te) uide,infra c.ult.in ult.gloss. (*& ibi,cum putarem*) ui
de,de pur.uul.c.2.super gl. 1. ¶*In gl. 2 in fine*) sic. 13.q.
2.c.1.16.q.3.c.1.sic interdum conuertitur.8.dist.quo
iure,in prin. ¶*In glo. 3.in fi.*) uel doli, uel iurisiurandi
exceptio.ff.ad exhiben.in hoc, §. ibidem. Host. ¶*In*
glo.ulti.ibi,empta) uel fuerunt simul instituti hæredes,
uel legatarii [*& ibi,& hoc constat*] Idem no.de restitu.
in integ.constitutus . uel respicit loci consuetudinẽ.
Tan.Vincen.Innocen.qualis est in Francia,secundũ
Host.ubi quicquid alter coniugum acquirit constã-
te matrimonio, est commune , & celebrato diuor-
tiò per medium talia diuidunt.

SVMMARIVM.

1 *Ad matrimonij causam delegatus , si ferat sententiam diuortij ,*
pronuntiare debet dotem restitui.
Accessorium uenit commisso principali .
Ecclesiasticus iudex duobus modis tractat causam bonorum tem
poralium, num. 2.
De spirituali incidenter etiam non cognoscit iudex secularis.
2 *De hæreditate an iudex ecclesiasticus possit cognoscere propter*
matrimonium, & ei accedat .
3 *Dos quibus casibus non restituitur, & quando secus, nume. 5. in*
prin.
Quando repetatur constante matrimonio, nu. 5. §. 1. & qua actio
ne repetatur, num. 6. intra quod tempus restituatur, ibi. de ea
cognoscit ecclesia, ibid. §. 1. & supra nu. 1. & 2.
4 *Epilogus, suffragium, & additiu glossarum. nu. 5. & 6.*
Dies , pro anno.
Coram ecclesiastico iudice facilius, et melius litigatur .

CAPVT III.

1 DE prudentia. Casus. Delegatus
† ad causam matri-
monii, si ferat sententiã diuortii. pronun
ciare debet dotem restitui . & duo facit.
1. ponit delegatorũ reprehẽsibile factũ. 2. illud emẽ-
dari p̄cipit, ibi, Quia igitur(*Distulistis*) & malè, sup.de
coniu.seruo.c.2.Vinc.(*Accessorie*) ad hoc, de re iudi.
accessorium,lib.6. an sit idẽ in proc.dato ad causam
matrimonii, ut tractare possit causam dotis,dixi.su-
pra de offi.dele.cum olim 1.super gl.2. Ratione igit
incidentis , & accessorii cognoscit ecclesiasticus iu-
dex de temporali dote.& hæreditate,qui fi.sint legi.
per tuas.& c.ex tenore:secus, si spiritualis incidit co-
ram seculari iudice,de or.cog.tuam. Scripsit autem
2 hic Inn.ꝙ† quamuis propter matrimonium cogno-
scat de dote,non tamen de hæreditate, qui fi. sint le.
lator,& c.causam.2. Maior enim est cõiunctio inter
matrimonium,& dotem,sine qua non cõsistit,infra
c.1.quàm inter filios,& hæreditatẽ,sine qua filii esse
possunt,uel quia exhæredantur.uel quia hæreditatẽ
adire nolunt. Fatetur autẽ Inn.iudicem ecclesiæ pos
se partem cõpellere, ne ratione illegitimi matrimo-
nii,quem super hæreditate molestet, qui fi. sint legi.
c.1.putat etiam principaliter iudicẽ ecclesiasticum
posse de dote cognoscere,cum ad ecclesiam specia-
liter spectet defensio dotiũ.inf.eo. nuper: nõ tamen
retractaret sñiam secularis iudicis latã sup dote,nec
secularis sententiã iudicis ecclesiastici super hæredi-
tate, ut si conuẽtus corã iudice ecclesiastico taceat
exceptionẽ fori.4.q.6 pulsatus.nisi aliud dicatur rõ-
ne feudi,ut no.de iudi.cæterum, de fo.compe.c.an-
tepen.dicit Host.quicquid dixerit Inno. ꝙ matrimo
nium est sine dote,sed dos nunquam sine matrimo
nio.nec est secundum eum tantum consideranda
prædicta comparatio, sicut alia omissa , ut sicut dos
sine matrimonio esse non potest, sic nec admitti
dẽt proposita à filio petitio hæreditatis ab intestato,
nisi ex legitimo m̃rimonio genitus sit,& si legitim⁹.
ergo hæres, q fil. sint le. qđ nobis. accedit ergo m̃ri-
2 monio hæreditatis † petitio , sicut & dos, ad quẽ er-
go spectat cognitio m̃rimonij.ergo & dotis,& hære
3 ditatis,si de legitimatiõe sit qõ(*Diffinire*) an dos† mu-
lieri debeatur, vt q̃a bona fide nupsit,supra c.1.an q̃a
mala fide nupsit.applicãda sit fisco, ut ibi no.aut q̃a
adulteriũ cõmisit.perdat dotẽ, Infra ca. proxi.ƀm.T.
4 ¶Glo.† 1.quærit,& soluit,secundò dicit, quãdo resti
tuat dos ƀm uetera & noua iura.¶ Gl.2.1.ꝓbat do-
tẽ.& eius cãm accessoriã matrimonio,& eius causę
& hoc si incidit:secus, si principaliter mouetur.secũ-
5 dò quærit,& soluit. ¶*In † gloss. 1.ibi,l.ult.*) licet uideat
repetitionem non dari ; quia in pari causa & c.tamẽ
quia pecunia non stupri , sed matrimonii causa da-
batur, competit condictio(*& ibi.l.1.*) uide de ptecca.
capit.2.super glo. 2. ¶*In glo.2.ibi.l. 2.*) uide de iudici.
intelleximus,super glos. pri. (*& ibi, quoties*) hanc ui-
de in decreta.penul.statim alleg in pen glo.& lex se-
quens ponit casum, quem ibi habes in textu (*& ibi,*
ubi,& l.se.) constante matrimonio,cũ uir minus ido-
neus est, mulier agit pro dote , & etiã hypothecariã
intentat contra possessores bonorum mariti (*& ibi,*
mutui ,§.1.) constante matrimonio mulieri nõ perdi

turæ dos redditur, nt se, & suos alar, uel in emptionẽ
prædii conuertat, ut patrem relegatum alat, uel ui-
rum egentem. fratrem, uel sororem [*& ibi, quemadmo
dum, §. 1.*] constituitur dos traditione rei dotalis facta
filio, uel seruo, tamen ex periculo mulieris; donec
pater, uel dominus ratificet. & ob hoc etiam matri-
monio constante res, quas tradidit, condicit [*& ibi,*
6 *l. una*] vide, de fideiuss. c. si. super glo. 2. ¶ *In† glo. 1. ibi, sine*
b *causa*] uel alia. Lau. scilicet ob causam[b], Phi. sed illa e-
rat priuilegiata, sicut actio de dote, argum ff. de pe-
cu. ex facto, ff. de priui. credi. l. 2. Lau. ff. si quis cau. si
eum, §. qui iniuriarum, & supra de uoto, magnæ. §.
cum igitur. Host. & idem Guil. in Specu. eo. titu. §. fi.
uer. sed si matrimonium [*& ibi, trima die*] idest primo
anno tertiam, secundo anno aliam tertiam, & tertio
aliam tertiam. ¶ *In glo. 2. ibi, uel quia*] sup. non constan
te [*& ibi, innuit*] & supra c. proxi. [*& ibi, consue. ecclesia*]
etiam principaliter, secundum Inn. supra de pigno.
c. ex literis. & est hoc facilius & melius mulieribus li
tigare coram iudice ecclesiastico. ad hoc. de fo. cõp.
cum sit, & c. ex tenore, secundum Host. [*& ibi, proce-
dere*] an possint exequi, uide, quod dixi. de offi. dele.
significasti, in glo. penul. cum suis remiss. [*& in fine*] fa-
cit, de ap. cum appellationibus, lib. 6. & quod ibi no.
C. de fruct. & litium expen. l. terminato.

ANNOTATIONES.

a ¶Hæreditatis. Quomodo hoc fiat, difficile est practicare: curri[t] autem faciliter. uide Io. And. de ordi. cogni. tuam, in glo. uerum communem.

b ¶Ob causam. Vide gl. in l. 1. & ibi Bart. de Saly. C. de condi. ob. causam, & ibi no. etiam quod sequitur. facit, quòd statutum super dote habet locum in quasi dote.

SVMMARIVM.

1 *Dotem repetere quando non liceat uxori, iuncto contextu, num. 2. & 6.*
Viri uoluntas æquiparatur iudicio ecclesiæ hic.
2 *Adulterium an possit opponere hæres mariti contra mulierem petentem dotem.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum. num. 4.*
Res iudicata non obstat ueritate manifesta.
Sententia quo casu faciat ius, cir. fin.
5 *Additio glossarum,*
Si status idem reddatur, ius idem redit.
Donatum propter nuptias restituitur uxori, & an adulteræ.
6 *Matrimonium si probetur nulliũ, an dos repeti possit ab ea, quæ ipsam amisit ob separationem propter fornicationem.*

CAPVT IIII.

1 PLerunque. Breue est [*Propria† uo-
luntate*] ipsius mulie-
ris timentis forsan uirum. unde non dici-
tur spoliari, nisi ueniens admissa non fue
rit. de hoc, supra titu. 1. significasti, uel propria uolũ-
tate uiri. 32. q. 1. dixit dominus, & secũdum hoc. arg.
iudicium ecclesiæ, & uoluntatem uiri in hoc æqui-
parari, de hoc, sup. tit. 1, porrò [*Repetere*] Valerius, lib.
8. c. 2. narrat, ꝙ Marius uirum, qui impudicã vxorem
duxerat, ut lucraret dotẽ, illa repudiata ꝑꝑ adulte-
2 riũ, coegit dotẽ reddere [*Non ualebit*] an hæres† mari-
ti contra mulierẽ ab eo petentẽ dotem possit oppo-
nere adulterium, uide in Spe. eo. §. fi. uer. quid si mu
lier agit, & de exce. §. dicto, uer. itẽ quære, eccc. ¶ Gl.
3 † 3. obiicit, & dupliciter soluit. ¶ Vlt. glo. quærit, alle.
pro & contra, & iterum proponit opi. T. & contra-
4 riã Lau. quam approbat. ¶ *In† glo. 3. ibi, si uxor, in fine*] ui
de, de adul. c. fi, super gl. 1. ¶ *In glo. 4. ibi. l. ult.*] uide, de
concess. præben. literas, super glo. ulti. ¶ *In glo. ult. ibi, si
fallo*] uide, in præ. decr. 2. de pur. nul. super gl. 1. [*& ibi,
auunculos*] l. ult. est. uide, supra c. proxi. super glo. 1. [*&
ibi, C. de re iudi. l. 1.*] rei iudicatæ statur. sed si probo illũ,
cui cõdemnatus sum, recuperasse, quod furto uide-
batur amisisse, cõtra ipsum agẽtem iudicati me tue-
bor exceptione doli [*& ibi, uxori. 1.*] si usufructum le-
gatum uxori hæredes concesserunt, post biennium
pronunciatur illicitum fuisse matrimonium, quod
præterito tempore mulier fructus nomine percepe
rat, ab ea repetitur. & alia litera ibi habet, quod non
repetitur, & loquitur de ignorante, ut ibi no. l. 1. uide
de preca. c. 2. super glo. 2. [*& ibi, cum putarem*] uide, de
purg. uul. c. 2. super gl. 1. [*& ibi, sine in prin.*] si iudex eũ,
qui filius est, pronunciat filiũ, sententia facit ius [*&
ibi, qui iniuria*] uide, de senten. exc. cum voluntate, su ꝑ
glo. 1. (*& ibi, l. penul.*) uide, ut lit. non conte. quoniam.
super glo. per famã (*& ibi, si uxor. §. 1.*) uide, de iureiu.
5 quemadmodum, in glo. 5. ¶ *In† glo. ad quod, ibi, pœniten-
tiam*) uel baptismum [*& ibi, remisit*] uer. ius redit, ut
pridem, cum status redditur idẽ, Ala. Vinc. ¶ *In glo. 1.
donationem, ibi, tenetur*) uxori, nõ adulteræ. de adultera
uerò dic, ut in auct. ut li. ma. & aui. §. si de adulterio,
6 & C. de adulte. aucten. sed hodie. ¶ *In† glo. ult. ibi, dotem
mulier*) Idem. si cum alio uiro habuit balneũ. de hoc.
81. dist. non oportet (*& ibi, cum effectu*) casum conuer
sum no. Accur. C. de repu. consensu, s. cum separato
matrimonio propter consanguinitatem uir uult do
tem retinere ꝑꝑ præcedens adulterium mulieris, &
tenet ꝙ non, per §. si uerò ab initio, in auct. de nup.
ibi etiam, & C. de iure do. si dotem uerò, nũquid pa
ter, qui dedit dotem pro filia, nec stipulatus est illam
dotem, illam perdat propter adulterium mulieris &
de hoc, in Spe. eo. tit. §. fi. uer. sed nunquid adulteriũ,
glo. præ. tenet ꝙ sic, & imputet sibi pater, quod non
fuit stipulatus. 15. Din. ꝙ aut pater uiuit, & filia est in
potestate, aut non, per l. 2. §. quare si uoluntate, ff. so.
mat. per quem, §. dicit quæstionem hanc terminari
(*& ibi, sine causa*) ut dixit Inn. per condictionẽ sine cau
sa, dos talis repeti non põt. subest enim cã dotis reti-
nẽdæ, s. sententia lata, uel per adulteriũ saltẽ mẽte cõ
missum (*& ibi, ut Tan.*) T. nõ dixit hoc simpliciter, sed
dixit, Ego dico, ꝙ si in priori iudicio super matrimo
nio, & dote fuit sententiatũ, nec sit per appellationẽ
reuocata sententia, tunc perdere debet dotem. Si ue
rò in priori iudicio nil actũ fuerit de dote, ex quo ꝑ
sententiã constat, matrimoniũ nullũ fuisse, ergo nec
fuit dos, nec adulteriũ, ergo nec perditur, quod tan-
quam dotẽ dedit, præcipuè, quia pœnæ sunt mollien-
dæ, de pœni. di. 1. pœnæ, & melius sit fauere repetitio
ni, quàm aduentitio lucro, ff. de reg. iu. nõ debet. di-
xit Vin. post Tan. Ego dico, ꝙ multum sibi præiudi-
cat uir, qui post separationem, & lucrifactionem do
tis contendit nullum fuisse matrimonium, & refri-
cat qõnẽ iam sopitã de dote. ex hac opinione Vinc.
insurgit distõ, aut post diuortium tori uir prouocat
ad diuortium uinculi, aut mulier, aut tertius, ut di-
xi, qui matri. accusa. pos. super rubrica (*& ibi, si uxor,
§. 1.*) Idem Gof. Phi. Inno. & Host. per hanc. l. ubi di-
citur, ꝙ nec matrimonium, nec spem matrimonii
uiolare licet. & bene facit, quod no. infra cap. ult. in
gloss. 1. quod dixi, de coniu. seruo. c. 2. in fine, & con-
cor. Bart. Brixien. in quæstione domini. mulier quæ
dam, & est. 63. (*& ibi, uir debet*) quod intelligas, ut no.
supra ut lit. non contest. c. 1. in glo. 1. (*& ibi, posset com-
mitti*) Hostien. summabat has causas quatuor. prima
res iudicata, ex quo non fuit appellatum. secunda.
ne sit melior conditio delinquentis, contra id, ff.
de donationib. inter uirum, & uxorem, l. tertia, §.
primo, de præbendis, cum qui, libro sexto tertia,
quia in pœnis delictorũ plus inspicitur opinio, quàm
ueri-

ueritas,ut decre.nuper. quarta, quia mulieres ad re-
cuperandam dotem conarentur per falsos testes ꝓ-
bare impedimentum, & talibus obuiandum est,su-
pra tit.1.quanto §.per hanc.ad hanc solutionem fa-
cit, in auten.de restitu.& ea, quæ pa.in 11.mense.§.
unum siquidem, col.4.

S V M M A R I V M.

1 *Varium quod est non summatur.*
Facti species, uer.Rex Legionen.
2 *Hispani dotant uxores.*
3 *Fideiussio, uel pignora non ualent data, ne discedatur à matri-monio.*
4 *Dos an & quando restituenda, declarato nullo matrimonio propter impedimentum, & nu.9.§.2.& nu.7.*
Rerum amotorum quo casu non possit agi, in fin.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Pœna incestus propter ætatem, & sexum remittitur, in fin.
7 *Gradus cognationis quis notorius.*
Iuris error etiam fœminis nocet, exceptis casibus.
Regni quæ sunt, alienari nequeunt, in fin.

C A P V T V.

1 ET si necesse. Propter † uarias
lecturas, de qui-
bus infra dicetur,non summatur. ponit
autem hic mandatum præmissa ttiplici
ci ipsius causa, qnarum prima consistit in facto, reli
quæ in iure.2.ibi, Cum castra.3.ibi, Ne antem. Rex
Legionen.cum filia regis Castellæ secundo gradu si
bi attinente de facto cõtraxit,& quædam castra for
tissima amittẽda,si alioquo casu eam dimitteret, ex
causa forsan donatio.propter nnptias,tradidit, quæ
pręstabant impedimentum huic illicitæ copulę dis-
soluẽdæ.dicitur,ꝙ nec dos,nec donatio propter nu-
ptias occasione talis matrimonij dari potuit. unde
castra nõ tam ob turpem,quàm ob nullam causam
data fuerunt,nec debet in commodũ cedere, quod
potius retorquendum est in pœnam.ideò iubet pa-
pa,ꝙ ad prædicta castra restituenda prædicta puella
censura ecclesiãstica distringatur secundum Host.
& remittit Abb.ad id,quod;de hoc facto dixerat,su-
2 pra de resti.spo.olim.2.[*Dotem*] de † cõsuetudine Hi-
spanorum,qui dotant uxores,secundũ Vin.& Abb.
[*Eam*] filiam regis Castellæ[*Ipsa*] castra[*Eius*] s.puel-
3 læ.Cum † autẽ liber debeat esse matrimonialis con-
sensus, dixit Hosti.non ualere fideiussionẽ factam,
uel pignora data, per quæ consensus coactus indu-
citur. uide quod de pigno.plenè dixi, de spõsalibus,
Gemma[*Impedimentum*] facti: quia rex Legion. non
libenter dimittebat hæc castra[*Ne*] sup.si aliud dice
remus,& castra penes puellam remanerent.Ho.[*Re-*
4 *stitui † uolumus*] sit pro ratione uolũtas,secundũ Azo.
Hu.& Iaco. B.secundũ quos talia confiscanda erant
per iura, quæ alleg.glo.uel legitimis filijs cedunt, &
hoc,quando scienter contrahnnt,nec est aliquis mi
nor.C.de incest.nup.qui contra,& autẽ.incestas.Pla.
dixit,ꝙ si sciat sponsa hoc impedimẽtum,nihilomi-
nus repetit id, quod occasione matrimonij datum
fuit per tres leges alleg.in prin. glo. Opiniones Io.&
Tan.ponit gl.sed in eo, quod dixit Tan. hoc factum
pro bono pacis,resistit Hosti.per mentem huius,cũ
per hoc uideatur posse minus pacificari,assumente
enim rege Legion.occasionem,quia non restituun
tur castra.rex Castellæ assumit,ꝙ quia restituuntur,
pacta non seruantur,& filia contemni,& uitupera-
ri uidetur,etiam si dicas pacta fuerunt contra ius.&
si moueatur rex Castellæ, non tamen debet moue-
ri.hoc faciat pro eo,quia in pari cã turpitudinis &c.
infra de re.inr.in pari, cum suis concor.li.6.propter
quæ dixit Hos.ꝙ papa hic ex certa scientia approbat
sententiã Pla.& ne percuteret de hac proxima ratio
ne,dixit non tam ob turpem,quàm ob nullam.& ne
locus eẽt distinctioni ignorantię.dixit,ne ad cõmo-
dũ;ei cedat &c.denotans per id scientiã.In dissensio
nibus uerò est opinioni papæ credẽdum.de hoc su-
pra qui fi.sint le.per uenerabilem, uer.cuius senten-
tiam.& hoc intelligit in gradibus canonica.l.prohi-
bitis;sed quò ad gradus iure gentinm,natura,siue di
uina.l.prohibitos posset locũ habere sententia Azo.
saluo ꝙ ibi nulla posit ignorãtia prætẽdi.ff.de adult.
si de adulteriũ.§.stuprũ,& §.fratres,nisi forsan occa-
sione ritus.de hoc sup.tit.1.gandemus.sed quamuis
a sponsus obijcere nõ posit de iure fisci,ᵃ ut hic,fiscus
tamen poterit,quando placuerit ius suum repetere:
quia nec ei per hanc sententiam pręiudicium gene-
ratur,de capel.mo.cap.2.dixit Inno. ꝙ castra da.pro
seruatione matrimonij, quæ loco pęnæ data erant,
repetuntur:quia nec pęnã promisisse licuit, de spõ.
Gemma. & si dicas, cum data essent nomine arrha-
rum, potuerunt retineri. C.de spon.mulier.1.respõ.
& 1.§.respondetur id uerum in sponalibus licitis, in
illicitis secus, ut ea.l.dicitur.ultimo dixit,ꝙ bene ap-
plicãtur fisco,quia rex Legion.fiscum habebat. hoc
ultimum non placuit Host.ꝙ fiscus,qui deliquit,ha
beat hoc ius fisci.ad hoc.e.c.[*Puellam*] cõtra hanc nõ
posset agi rerum amotarum.ff. re amo.si cõcubina.
5 Lau.Vin.¶ † Vlti.glo. arguit,alleg.tres leges.in con
trarium alias tres.ponit opi.cui obijcit per hoc.c.se-
cundò ponit opi.Io.tertio opi. T.ulti.dat aliam solu
tionem.¶[*In glo.2.ibi,si stipulatio*] uide hanc & se.de iu
reiur.tua nos, super glo.2. (*& ibi.l.1.*) uide de preca.
cap.2.super gl.2.[*& ibi.pacta*) quæ uide de pactis.c.fi.
in glo.2 (*& ibi,auunculo*) ult.l.est. uide supra cap.3.su-
per gloss. prima. ¶*In gloss.3.ibi.siue*) uide de si.de hoc,
super ulti.gossl.(*& ibi, itaque sullo*) uide de collu.ca.3.
super ult.glo,¶[*In glo.ulti.ibi,auunculo*) de hac,& l.C.ui-
de, supra gloss. secunda (*& ibi, præfectus*) alias perfe-
ctus, si p̃fectus, nel tribunus cohortis, uel equitum
contra interdictum prouinciæ, in qua gerebat offi-
cium,duxit uxorem,matrimonium non tenet:con
sequitur tamen mulier, qđ sibi in testamẽto relictũ
erat,sicut & cum nubit tutori.Item pecunia, quam
in dotẽ dedit,hæredi ipsius restituitur (*& ibi, cum bic
status.§. ult.*) si senator cum libertina, uel tutor cum
pupilla,uel aliàs prohibitus contraxit, etiam dona-
tio in sponsalibus facta applicaẽ fisco(*& ibi, si auer-
sus*) dissoluto illicito matrimonio,exactioni dotis lo
cus non est (*& ibi,si ignorans*) le.3.est,quam uide.qui
filii sint le.c.pe.super ult.glo.(*& ibi, qui contra*) uide.s̃.
c.cum inhibitio,super glo.& ita (*& ibi. si filium*) uide
de accu.nulli,super gl.2.(*& ibi de tutela*)uide,qui ma.
ac.po.uidetur,super glo.2. (*& ibi.§.struprum, & §.fra-
tres,& §.incestum*)interest errore iuris matrimonium
illicitum contrahatur contra leges, & ius gentium,
ut cum consanguinea,an contra leges tantum,vt cũ
adoptiua.Item pęna incestus propter ætatem remit
tiẽ,& mulieribus errãtibus in iure, nt §.fratres.& ꝓ-
pter ilicitam matrimonij coniunctionem excusari,
solet incestus sexu,vel ætate,ut §.incestum.¶*in † glo.
ex hoc auunculo*) ubi de hoc (*& ibi, poterant*) notorium
enim erat in Hispania,& propter eos ꝓhibuerat co-
pulari.Vin.(*& ibi,gradum*)s.in secundo,ut patet in an.
unde non poterat non esse notorium,sup.tit.1.por-
to (*& ibi, repetitio*) hæc opi.posset esse uera, quando
error esset in facto, ut quia probabiliter credebant
dispensatum. unde & in materia quidam legistæ di-
stinguunt,aut inter consanguineos, uel affines con-

racta

tracta sunt sponsalia tantum, ant etiam nuptiæ. primo casu non confiscatur dos, uel donatio, sed reperitur per cōdictio. siue causa, ut præ. l. auunculo. & facit quod no. in cle. de consang. & affi. eos qui, in glo. non punit. secundo casu aut contrahentes sciebant, & tunc est locus confiscationi, vt in l. qui contra. aut ignorabant, & tunc si fuit ignorantia iuris, locus est confiscationi etiam in fęmina, cum etiam fœminis iuris error noceat, nisi in casibus exceptis. C. de iur. & fac. igno. le. nec passim. si fuit ignorantia facti improbabilis, idem, ut in. l. qui contra. si uerò fuit probabilis, excusat. hæc vera, nisi in errore iā cępto post, quàm apparuit, perseueratum fuerit. & facit. 34. q. 2. cum per bellicam, & quod dixi, qui fil. sint legi. per uenerabilem, uer. præterea, & supra de cōiug. seruo. proposuit, & c. fi. & de præben. si beneficia, lib. 6. [*& ibi, castra*] quæ etiā erāt regni, ꝯm Vin. vñ alienari nō poterāt. s̄. de iureiu. intellecto. adde qđ dixi in textu.

SVMMARIVM.

1 *Iuris plus in alium etiam in uxorem non potest quis transferre, quam ipse habet, & qui sint huiusmodi hic, & num. 2. & 4.*
2 *Ad hæredes qui transferre quod non possit.*
3 *Contra iustitiam nec precibus calamitosorum oportet illacrymari.*
Docere mulierem quibus liceat.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
5 *Additio glossarum.*
Feudum potest ad tempus alienari.

CAPVT VI.

1 NVper à nobis. Casus. Vsufructuarius † rei sine cōsensu domini donans rē ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quàm ipse habebat. Idem in eo, qui sub cōditione aduenientie habet rē in hæreditatem, uel feudū. & sunt tres principales partes. prima ponit duas qōnes. secūda ibi, Nos aūt. ipsarū solutiones, respondens rōni contrariæ. utraq; subdiuidit, quod per se patet. in fine quandā correctionē, uel instructionē,
2 submittit ibi, illud uerò [*In † hæreditatem*] i. non ita, ut ipse posset uendere, & distrahere, & in ea succederēt legitimi filii, sicut in alia sua bona [*Feudum*] perpetuū. Hos. [*Quo ad uixerit*] vt esset quasi usufructuarius. ꝯm Inn. [*Concesserit*] idē in qualibet alia alienatione. Vin. [*Et tenere*] cū sit factū pactū de lucrāda dote: alias nō esset quæstio [*Legitimā*] ꝯm ueritatē, uel ꝯm opinionem, ꝯm ea, quæ no. s̄. qui fi. sint legi. per tuas, & c. ex tenore. Hosti. [*Hæreditatem*] Ita ꝙ nō posset alienare, nec hæredē in illis instituere, ut pręcedētia, & sequētia innunt ꝯm Hos [*Quadam parte*] non est vis in quota, uel in tota [*Possit*] nisi hoc faciat ex vi pacti, siue concessionis, uel iudicis, uel iuris auctoritate. & sic nullā recipit instātiā ista regula ꝯm Ho. [*Prædicto modo*] s. donec vixerit (*Relinquere*) post mortē ipsius uiri [*Voluerit*] à principio, uel ex postfacto, sup. de his, quæ fiunt à præ. cū uos [*Nam licet*] rñdet ad id, qđ dictum fuerat, ꝙ ecclesia dotes uiduarū protegere de-
3 bet. nā licet &c. [*Contra iustitiam*] nec † enim precibus calamitosorū ꝯ iusticiā illacrimari oportet. ff. de offi. præsi. obseruandū. Hos. [*Illud uerò*] sic continua. dixisti tu quærēs incōsul. ꝙ uir dederat uxori dotem; sed impropriè locutus es. illud enim &c. bene tñ, ut dixit Inn. liceret marito, & cuicunq; alteri de re sua mulierē dotare propriè sumendo dotē. de hoc sup.
4 c. proxi. ¶ † Gl. 5. circa Bro. alle. 4. concor. & duo cōtraria, & soluit. ¶ *In gl. 1. ibi, si patri*] mortuo patre vsufructuario filiꝰ in vsufructu nō succedit. ¶ *In gl. 3. ibi, traditio*] hāc, & duas seq. uide in c. cura, super ult. glo. ¶ *In glo. antepe. ibi. §. si uoluntate*] uide de eo, qui mit. in pos. c. 2. super. 3. glo. [*& ibi, permiserit*] si creditor permisit uendi pignus, & debitor donanit, nō nocet cōsensus: secus, si in dotē dedit [*& ibi. §. si in uenditione*] vide de lit. conte. c. uno, super gl. 1. ¶ *In † glo. pe. ibi. l. una*]
5 uide in c ex tenore, super gl. 2. ¶ *In glo. 2. in fi.*] Io. ff. de rei uen. quæ de tota. Host. ¶ *In gl. ut. 1. ibi, non est nouum*] de elec. suffraganeis, de conse. di. 4. solet [*& in fi.*] idē
a no. de iure patro. cura, & 1. q. 1. a cap. 1. ¶ *In gl. sic habes, ibi, alienari*] causa dotis, non aliàs, secundum Innocē. imò & aliàs, ex quo non imperpetuum, secundum Hostien. qui remit. ne præ. vi. suas, querelam.

ANNOTATIONES.

a ¶ 1. quæstio. 1. Vide glo. & Io. And. in c. nemo potest plus iur. de reg. iur. libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Marito uergente ad inopiam pro dote satisdatio peti potest.*
2 *Species facti.*
3 *Apostoli dari debent appellanti à iudice, à quo.*
Ecclesiasticus iudex potest impetrari à paupere contra laicum.
4 *Clericus non potest obligare ecclesiam suam etiam pro dote.*
Rescriptum an ualeat tacita ueritate, & quando.
Mentionem facere in eo de quibus debamus.
Idonea cautio quæ, & nu. 9. §. 2. & nu. 13.
Fideiussores dare nec diuitibus facile.
6 *In modico non sequimur regulam iuris.*
Dos quandoque datur in lucrum, & cui, & cur. cui dandum an uiro, an uxori, nu 7. eius serdandæ fideiussor non datur, nu. 9. ubi debet esse, ibid. in fi.
Eam quis quando non debeat habere, num. 10. 11. quando repeti possit, ob inopiam uiri, num. 11. quæ habeat priuilegia, ibid.
De ea uir ali debet, ibid. in fin.
Pro ea fideiussores quando admittantur nu. 12.
Lucrum quod intelligatur.
7 *Dilapidatori quid non committitur nec cum satisdatione.*
8 *Vxorem etiam indotatam uir tenetur alere, & qualiter.*
Eius mutua, uel pęnas, uel expensas, excepto casu soluere.
9 *Epilogus, & suffragium glossarum,*
Paraphernalia uir non administrat uxore prohibente, nu. 11.
Fænerari pecuniam procuratori non licet, & quando tutori liceat. §. tertio.
10 *Additio glossarum, & nu. sequen.*
De spoliatione quo casu non liceat accipere.
13 *Crimen suum alienis commodis impendere quis non debet, in fi.*

CAPVT VII.

1 PEr uestras. C. Marito † uergente ad inopiā pro dote satisdatio peti potest, ꝯm Abb. cōis diuisio. secunda ibi, cū ergo. prima ponit causæ delegationē, actoris petitionē, rei exceptionē, & declarationem, iudicum interlocutionē. secūda ponit duas causas mandati alternatiui, quod inter illas in-
2 terserit. dicebat † Hosti. Henricus pauper cōtra magistrum. R. super dote sibi nomine cuiusdā mulieris promissa à sede apostolica literas Impetrauit: sed ꝙ tacita ueritate Impetratæ sunt, opponit. oppositio specificatur, & per iudices, ꝙ petens cauere sufficiēter debeat de dote reddenda, interlocutoria datur, & forsan appellatur, Per papam super hoc, quid fie-
3 ri debeat, prouidetur [*Literas*] forte † apostolorum datorum appellanti, quod fieri debet per iudicem, à quo appellatur, infra de appellationibus, ab eo, & c. ut super, li. 6. uel forte cum pauper conquereretur

de

de iniusta sententia, conuenerunt partes, ꝙ iudices
consulerent papam [*Auctoritate nostra*] i. literarũ no-
strarũ pro paupere impetratarũ: forte reus erat cle-
ricus, uel quia actor pauper erat & miserabilis, à se-
de apostolica etiã contra laicũ potuit impetrare, ar.
87.dist.§.1.& c.1. [*Quam*] pecuniæ summam [*Vxoris*]
forte sororis, neptis, uel consanguineæ ipsius. R. uel
forte ipsius fuerat concubina [*Obligauerat*] autẽ se ad
dotem: ecclesiam † tamen suam. si clericus erat, ob-
ligare non poterat. s̄. de arbi. c.3. ſm Host [*Tacita*] s. de
sententia consulum, ut sequitur. uidetur ergo, ꝙ re-
scriptum non ualuit, supra de rescrip. super literis. C.
